DE AUSTREGIS CONVENTIONALIBUS GANERBIORUM NOBILITATIS IMMEDIATAE

Digitized by Google

Digitized by Google

PER-ILLVSTRI ATQVE GENEROSISSIMO DOMINO,

DOMINO
JOH. CHRISTOPHORO AB EBERSBERG,
DICTO
DE WEYHERS,

DOMINO IN GERSFELD, WEYHERS, &c. &c.

SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS CONSILIARIO ACTVALI,

NEC NON

SACRI ROMANI IMPERII LIBERÆ ATQVE IMMEDIATÆ NOBILITATIS CIRCVLI IN FRANÇONIA, LOCI AD RHOEN ET WERRAM CAPITANEO EQVESTRI,

DOMINO MEO PERQVAM GRATIOSO.

VIR
PER-ILLVSTRIS AC GENERO-SISSIME,
DOMINE PERQVAM GRATIOSE.

E*X quo munere Præfecti apud Per-Illuſtres Dnn. Ganerbios de Boineburg in Lengsfeld defungenti, tam felici eſſe licuit, ut* PER-ILLVSTREM TVAM EXCELLENTIAM *debita cum obſervantia compellandi, imo non neglecta tamen decenti ſubmiſſione, de rebus ad Jurisprudentiam non Publicam modo, ſed Civilem etiam & Feudalem im-*

pri-

primis pertinentes, cum PER-ILLVSTRI T. EXCELL. *ſermones ſerendi, occaſio daretur, anceps ſæpius hæſi, an magis mihi demiranda ſit ſumma Humanitas, an verò vere Excellentiſſima* EXCELLENTIÆ TVÆ *Eruditio. Immediati noſtratis Imperii Nobiles utut majori ex parte ſaga potius quam toga inclareſcere conſueverit, non adeo raro tamen fit, ut nonnulli eorundem non ſolum Juri Publico, ſed etiam Civili haud levem impendant operam; aſt in Equeſtris Ordinis Viro tantis præſertim aliis ſummis reſplendente dignitatibus, ut reliquos inter æque præfulgeat, ac inter ignes Luna minores, deprehendiſſe, in intimos Jurisprudentiæ Civilis receſſus penetraſſe, Leges non ſolum ſed & DDrum varias ſententias atque opiniones eorumque rationes in numerato habere, id quidem non potuit non me in ſtuporem rapere, cum nusquam usquam tale quid obſervaverim, & vix decimum quemque ipſorum Juris Profeſſorum publicorum eousque perveniſſe credendum ſit. Non dubito tamen*

haud paucos fore, quibus hoc elogio non tam veritati, quam adulationi litaſſe videbor, cum id vitii hoc noſtro præſertim ſeculo ſat commune ſit cacoëthes, adeo, ut ſi vel ſexcenties, me ab illo ſatis alienum conteſtarer, ſatis exiguam tamen, ſi modo ullam fidem inventurus eſſem, cum tales proteſtationes etiam ipſis adulatoribus ſatis ſint ſolennes: hinc rogatos obnixe velim, qui ulla hac de re ſuſpicione laborant, ut ipſum VIRVM *hunc* PER-ILLVSTREM *ſuſcepto Gersfeldiam itinere, ſi placet conveniant, nî enim Ipſum vivum quaſi Corpus Juris, imo vivam quaſi Juris bibliothecam revera deprehendent, me itineris ſumtus ex aſſe repenſurum eſſe publice ſpondeo. Præſertim autem quod Ordinis Equeſtris ſtatum, jura atq; privilegia concernit, ex* T. EXCELL. *harum rerum intima cognitione plane abundantis doctiſſimis diſcurſibus ea addiſcere mihi earundem parum ſatis gnaro licuit, quas aliunde vix ac forte ne vix quidem poſſibile fuiſſet. Et hoc ipſum anſam dedit diſſertationi huicce meæ inaugurali, de cu-*

jus

jus argumento alias forſan ne ſomniaſſem quidem. Ipſa igitur æquitas atque juſtitia poſtulavit, ut eandem TIBI VIR PER-ILLVSTRIS ET EXCELLENTISS. *ea qua par eſt obſervantia offerrem, imprimis cum haud dedignatus fueris, abſentem etiam atque hic commorantem de pluribus rebus huc pertinentibus rogatu meo me inſtruere, quam Benevolentiam ſingularem ut publice hic deprædicarem, grataque mente agnoſcerem utique mearum partium duxi. Accipe igitur* VIR PER-ILLVSTR. ET EXCELLENTISS. *hanc meam elaborationem levidenſem & patere ut a ſplendidiſſimo Nomine Tuo lumen ſibi fœneretur hoc qualecunque inaugurale ſpecimen, quo alioquin id plane cariturum eſſet. Cumque certiſſimus ſim, me magis idoneum harum rerum Judicem reperiundum haud fuiſſe, quam* T. PER-ILLVSTR. EXCELLENTIAM, *ſiquidem* EA *non ſolum per longam ſatis annorum ſeriem Capitanei Equeſtris munere laudatiſſime functa fuerit, utpote quam pluribus vicibus, ternis quibusve annis, ut mo-*

ris

ris eſt, inſtituta electione, in eodem confirmata & etiamnum idem cum applauſu exornans, inſuperque apud certam cujusdam Ganerbiorum familiam Auſtregalis Judicis muniis defuncta, unde non potuit non edecumata Equeſtris Ordinis rerum ſcientia enaſci, hinc ea qua decet ſubmiſſione peto, ut Tibi placeat, quos commiſi forſan errores, emendare & me ulteriori harum rerum perfundere luce. Cæterum votorum ſumma meorum eſt, ut ſupremum Numen PER-ILLSTR. T. EXCELLENT. *tot ſupereſſe annos jubeat, quot omnes queis ſumma Tua merita innotuêre, exoptant, quod ſi fiat, Neſtoream* T. PER-ILLVSTR. EXCELL. *ſuperaturam eſſe ætatem nullus dubitat, qui ulteriori immeritæ quantumvis benevolentiæ atque Patrocinio ſe quam humillime commendat*

VIR PER-ILLVSTRIS AC EXCELLENTISSIME,

Illuſtriſſimi ac vere Excellentiſſimi

NOMINIS TVI

devotiſſimus Cultor

E. F. HEITMANN.

Digitized by Google

CONSPECTUS HUJUS DISSERTATIONIS INAUGURALIS.

§. 1. In quavis hominum ſocietate, opus eſt ut ortæ controverſiæ vel amicabili compoſitione vel autoritate Judicis aut per arbitrium terminentur.

§. 2. Ganerbinatuum origo & occaſio.

§. 3. Quænam de Ganerbinatu Scripta publica prodierint.

§. 4. Vocabuli Gan-Erben *Etymologia.*

§. 5. Cur pacta Ganerbica juramento confirmari ſoleant, item quænam Lex receptionis in Familia Boineburgica obſervetur.

§. 6. Scripta nonnulla de variis Auſtregarum ſpeciebus indicantur.

§. 7. Vocis Auſtregarum Etymologia.

§. 8. Ad quodnam tempus origo Auſtregarum & quidem conventionalium referenda.

§. 9. Auſtregæ legales haud paulo ſunt recentiores.

§. 10. Occaſio inſtituendi Auſtregas legales.

§. 11. Nobilium Imperii Immediatorum Conſideratio.

§. 12. Eorundem in tres Circulos & cujusque horum in certos diſtrictus Orte *appellatos diviſio.*

§. 13. Immediata Imper. Nobilitas licet non ſit ſtatus Imperii, nihilominus foro Auſtregarum gaudet.

§. 14. Auſtregarum Ganerbicorum definitio.

§. 15. Unde hi Auſtregæ conventionales audiant.

§. 16. Diviſiones eorum.

§. 17. Quinam habiles ſint ad Auſtregas conſtituendos.

§. 18. Ganerbii immediati poſſunt Auſtregas convent. tanquam Judices primæ inſtantiæ ſibi conſtituere,

§. 19. Licet ſuperiotat. territorialem, quæ tamen ipſis omnibus perperam denegatur, non habeant.

§. 20. Auſtregales perſonæ ad officium Judicis habiles eſſe debent.

§. 21. Modus eligendi Auſtregas eſt varius, ubi de electione incertorum.

§. 22. Modus eligendi Auſtregas certos, & quidem primus, ubi tantum Seniores familiæ eligunt.

§. 23. Secundus modus ubi omnes Ganerbii eligunt in Illuſtri famil. Boineburg. uſitatus.

§. 24. In electione Auſtregarum convent. valent, ut alias, vota majora, quæ tamen debent eſſe certa.

§. 25. An Minores quoque & filii familias, aliive, qui nondum bona propria poſſident in electione Auſtregarum voto gaudeant.

§. 26. Tertius modus eligendi Auſtregas per ſortem, qui in Pacto familiæ de Geyſo & Weohmar præſcribitur.

§. 27.

§. 27. An Imperatoris conſenſus ad Auſtregas conventionales ſitne neceſſarius, cujus quæſtionis à Dn. Schöpſio negativa defenditur.

§. 28. Quæ hic redarguitur, & ſimul ſententia Celeb. Waldſchmidii ſub examen revocatur.

§. 29. Pacta Ganerbica, in quibus Auſtregæ conventionales conſtituuntur, omnino confirmatione Cæſarea opus habere oſtenditur.

§. 30. Effectus electorum & confirmatorum Auſtregarum convent.

§. 31. De cauſis quæ ad Judicium hoc Auſtregale pertinent.

§. 32. Venditio & oppignoratio bonorum Ganerbicorum in extraneum non eſt permiſſa, & ſi inter Ganerbios lis de hac re oriatur, Auſtræge pretium determinant.

§. 33. Huc pertinet etiam correctio Ganerbiorum prodigorum vel eorundem filiarum degenerum.

§. 34. Etiam, ſi Ganerbii contra eorum officiales gravamen habeant, non poſſunt eſſe Judices in propria cauſa.

§. 35. Et, ſi de collatione officiorum communium non convenire poſſunt, Auſtregæ litem componunt.

§. 36. An Jurisdictio criminalis ad Auſtregas pertineat, & cuinam hæc in Nobiles immediat. competat.

§. 37. Refutatur Dn. Eſtor & Struve, de prætenſâ Jurisdictione criminali Epiſcopi Herbipolenſis in Nobil. immediat.

§. 38. Potius à Nobilitat. immediata & ſummo Judicio Aulico defenditur. Jurisdictionem criminalem Imperatori privative competere.

§. 39. Nonnulli DD. ſtatuunt cognitionem criminalium ad Auſtregas conventionales ſpectare, etiam Pacta Ganerbica allegantur, in quibus Ganerbii cognitioni Auſtregar. in criminal. ſe ſubmiſerint.

§. 40. Statuitur Jurisdictionem criminalem ad Auſtregas convent. proprie non ſpectare.

§. 41. An cauſæ matrimoniales ad Auſtregas pertineant?

§. 42. An feudales?

§. 43. & 44. A Senioribus familiæ tentanda eſt amicabilis compoſitio.

§. 45. Quod etiam Judices Auſtregales obſervare debent.

§. 46. Eorum modus procedendi.

§. 47. An à ſententia Auſtregarum appellari poſſit.

§. 48. Si appellationi renunciatum ſit.

§. 49. Quid in pactis Ganerbicis hac de re diſpoſitum, quorum nonnulla non ſolum, ſed etiam concluſa Judicii Aulici allegantur.

§. 50. Renunciatio appellationis non ſemper attenditur, etiam non ſemper tuta eſt.

§. 51. De executione ſententiæ Auſtregalis.

§. 52. An Auſtregæ conventionales Ganerbiis utiles & neceſſarii ſint.

§. 53. Concluditur hos neque utiles neque neceſſarios, potius illis magis conſultum eſſe, ſi inſtantia Equeſtri ordinaria utantur.

DIS-

DISSERTATIONIS INAUGURALIS

DE AUSTREGIS CONVENTIONALIBUS GANERBIORUM NOBILITATIS IMMEDIATÆ,

ſive

Von denen Geſchlechts-Erkohrnen.

§. I.

NUlla Societas omnibus numeris perfecta & nulla tam durabilis & conſtans eſt hominum amicitia (nam fratrum quoque gratia rara) quin ſocii communionem inter ſe habentes ſibi invicem diffidant & exinde diſſidiæ rixæque oriantur, nam inſita dicit SALLUSTIUS eſt mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere. Et quamvis detur regio omnis veneni expers, utpote de qua felicitate Inſula Creta hodie Candia dicta, gloriatur, haud tamen licet invenire Rempublicam in qua non invidia &

contentiones oriantur, & hoc maxime in communionibus contingit, naturæ enim quaſi perverſæ vitium eſt, ut rerum communio in hominibus diſcordiam excitet. *L. 77. ff. §. 20. de Legat. 2. L. 2. C. quando & quibus quarta pars debetur.* Diſcordia autem vaſtitatem, ſolitudinem, orbitatem, agris, oppidis, regnis adfert. *P. Æmil. l. 3.* idcirco nulla ſubſiſtere poſſet Societas vel communio, niſi inter Socios ortæ multoties irreconciliabiles controverſiæ, aut per amicabilem compoſitionem conjunctorum vel amicorum, aut per ſententiam & authoritatem Judicis, aut per laudum Arbitrorum compromiſſariorum terminarentur.

§. II.

Ganerbinatus caſtrorum ſunt Societates & communiones cum aliis communionibus eandem originem habentes, ideoque etiam leges eorum communes ex communionum natura nec non ſocietatum regulis petendæ, KYLLINGER *de Ganerb. Caſtror. Diſc. 5. n. 11.* & per conſequens ejusmodi Ganerbinatus omnibus iſtis incommodis, quæ aliis ſocietatibus communia ſunt, obnoxios eſſe, manifeſtum eſt, nam humana imbecillitas vel potius hominum perverſi mores atque turbulenta ingenia, quorum maximus ſemper reperitur numerus, etiam inter Ganerbios ſæpiſſime caput extollunt, quæ maximis contentionibus & turbis publicis occaſionem præbere poſſent. Cum autem in caſtris Ganerbicis nullum præſtantius ſit remedium eadem conſervandi atque defendendi, quam dominorum concordia, eadem vero peſſundandi atque evertendi nullum præſentius malum ſit diſcordia, igitur

Digitized by Google

Ganerbii prævidentes lites atque contentiones in tali communione inevitabiles futuros, atque ex dictamine rectæ rationis edocti, quod, ubi Judicia deficiant, incipiat bellum, melius ipſis proſpectum eſſe putarunt, ſi certos Judices conventionales conſtituerent, coram quibus exortæ controverſiæ, ſi inter ipſos Ganerbios amicabili compoſitione terminari nequirent, brevi manu ſopiri & ſocietatis atque amicitiæ vinculum eo melius conſervari poſſit.

§. III.

De Ganerbinatu jamdum varia prodierunt ſcripta & inter alia Dn. de DALWICK ſub præſidio Excell. Dn. WALDSCHMIDII, Marpurgi anno 1725. elegantiſſimam Diſſertationem *de Pactis Ganerbinatuum* publicavit, in cujus §. 2. Authores qui de hoc nondum ſatis excuſſo & ad liquidum perducto argumento ſcripſerunt recenſentur, ad quos etiam B. L. remitto. Noviſſime etiam prælaudatus WALDSCHMID, in Novellis literariis Lipſienſibus, *Syntagma Juris Ganerbici* in tres partes diviſum, quarum I. Comm. de Ganerbiis caſtrorum eorumque pactis, II. JOH. W. KYLLINGERI Tr. de Ganerbiis caſtrorum ſive Arcium pluribus communium Condominis Diſc. XIX. III. Varia hujus argumenti ſcripta alia ſparſim collecta, exhibebit, futuris nundinis autumnalibus proditurum promiſit.

§. IV.

Cum vero Pacta Ganerbica fundamentum ſint Auſtregarum harum conventionalium, de illis etiam nonnulla erunt præmittenda. Quod autem onomatologiam ſpectat, communiter quidem ſentiunt, voca-

Digitized by Google

bulum Gan idem ſignificare ac Gemein, ſed citra quod puto probabilitatem, cum in Receſſibus Imperii nempe in Erklärung des Land-Friedens *de anno 1500.* §. wieder der Gan-Erben Schloß, item Ordnung des Land-Friedens zu Worms *de anno 1521.* & aliis vetuſtiſſimis documentis non raro legatur Gemeine Gan-Erben, ita ut ſtante prædicto ſignificatu tavtologiæ ante memorata monumenta manifeſtæ accuſanda forent, quod vix admitti poteſt; longe veroſimilius mihi videtur, priſcum illud Gan idem eſſe ac Gegen & Gan-Erben denotare mutuos ſibi invicem hæredes, condominos. Inſuper etiam vocabulum Gan majorem longe convenientiam habet cum voce Gegen quam cum vocabulo Gemein: licet ſi fatendum quod res eſt, nemo forſan certo ſatis determinare valeat ſignificationem veteris hujus dictionis Saxonicæ Gan, nec enim ſignificatio ejus quam in lingua Belgica obtinet, qua nimirum ambulare, venire, gehen, denotat, & quam nonnulli hic locum habere poſſe putant, ſatis accommoda videtur. Gan-Erben Häuſer oder Schlöſſer, autem ſignant nobilium familiis communes, quo ſenſu etiam in *Receſſibus Imperii*, ut *Ord. de pace publica*, Erklärung des Land-Friedens, *Ord. Cameral.* &c. paſſim legitur, & pacta quæ ſinguli Ganerbii defenſionis & ſucceſſionis gratia, inter ſe conficiunt, Pacta Ganerbica Familiarum nominantur, nam ejusmodi pacta, triſtiſſimis illis magni interregni & id inſequentibus temporibus, Nobiles & Illuſtres eum in finem inivere, ut conjunctis viribus contra vim atque incurſiones hoſtium & latronum in caſtris communibus ideo extructis ſe defenderent, inſimul etiam conven-

ventum fuit, ut vi hujus ſocietatis ac confœderationis familiæ ſic ſociatæ ſibi invicem ſuccederent. SCHWED. *Introd. in Jus Publ. P. Spec. Sect. 2. c. 18. §. 6.* Equidem BESOLD. *Theſaur. Pract. voc.* Gan-Erben / WEHNER. *Obſerv. pract. ead. voc.* LYNCKER. *Diſſert. de Ganerbinat. §. 2.* & communiter alii, pacti Ganerbici nomen etiam pactis de mutua ſolum vel principaliter defenſione initis tribuunt, ſed perperam plane ut videtur, vocabulum Erbe enim liquido ſatis indicat, pactum Ganerbicum involvere neceſſario debere mutuam ſucceſſionem. Et quamvis dudum diffidationes & jus armatum vi pacis publicæ a Maximil. I. conditæ ceſſent, attamen adhuc hodie ejusmodi pacta Ganerbica conſervationis familiæ atque ſucceſſionis gratia componuntur. Exempli loco poteſt eſſe pactum Ganerbicum illuſtris Familiæ *de* BOINEBURG *in* LENGSFELD *anno 1698. d. 26. Julii* & pactum Familiæ Dominorum *de* GEISO & WECHMAR *in* ROSDORFF *anno 1711. d. 15. Mart.* conditum. Hinc nullum dubium eſt, quin hæc pacta in favorem & conſervationem familiarum inita, quippe quæ omni jure probantur, DONAVER *Conſil. 105. n. 95.* & omni favore digna, *ibid. n. 108.* valere debent, nam generaliter verum eſſe dicit KYLLINGER, poſſe eos qui Ganerbinatum habeant in caſtro aliquo, quascunque leges dicere ſocietati ſuæ, modo non tales ſint, quas leges publicæ fieri prohibeant, quæve quid ex publica lege corrumpant. *Diſc. 12. n. 3.* Et pacta ſtatuta conſtitutionesque gentilitiæ, receptæ approbatæque ſunt, partim ob dignitates familiarum & augmentum imperii, partim etiam ob pacem ſubdito-

rum,

rum, eorumque diſſenſionem evitandam, quorum intereſt, ne alienis dominiis ſubjiciantur, cum ſatis foret lugubre & deplorandum, videre antiqua Majorum prædia & caſtra una cum ſubditis ad manus pervenire extraneas. STUCK. *P. I. Conſ. 1. n. 41.*

§. V.

Ut etiam hæc pacta eo firmiora & durabiliora exiſtant, Ganerbii ea juramento confirmare ſolent, & hoc jusjurandum ſemper uſitatiſſimum, obſtagiorumque ante *Ord. Polit. de anno 1577.* ad confirmandas conventiones publicas & privatas frequentiſſimum per univerſam Germaniam fuiſſe uſum, probat *Cl.* WALDSCHMID. *alleg. Diſp. §. 19.* id quod etiam ex antiquarum & recentium conventionum tabulis manifeſtum, & ideo nullus ex Ganerbiorum filiis in numerum Ganerbiorum recipitur, niſi certum annorum numerum in pacto Familiæ determinatum impleverit, juramentumque præſtiterit, cujusmodi actui ipſe aliquoties interfui, in Familia nimirum BOINEBURGICA, ubi hæc obſervabatur lex receptionis, ut legitimam ætatem adeptus Ganerbinatus Candidatus, deſiderium ſuum, datis ad Seniorem Familiæ litteris, aperiret, deinde certus determinaretur terminus, in quo in præſentia omnium Ganerbiorum, prælecto ipſi pacto familiæ, formulaque juramenti, juraret & promitteret, ſe omnia contenta iſtius pacti ſancte ſervaturum.

§. VI.

Priusquam autem ulterius progrediamur, quædam etiam de Auſtregis erunt dicenda. Notum quidem de hac quoque materia, & præſertim qui hanc in genere tracta-

tractaverunt, non exiguum ſcriptorum numerum extare, qui in alia *Cl.* WALDSCHMIDII *Diſſertatione anno 1716. de Sacr. Rom. Germ. Imper. Comitum Auſtregis*, von Reichs-Gräflichen Austrägen (quam ſolertiſſimus rerum ad Jus publicum ſpectantium ſcriptor Dn. LVNIGIVS *in Theſauro Juris* derer Grafen und Herren exhibet) §. I. partim indigitantur, quibus merito addendi ſequentes, nimirum *Cl.* SCHOEPFFII *Diſputatio de Arbitris neceſſariis cumprimis Auſtregis conventionalibus & Teſtamentariis, Tubingæ 1724.* HVLSII *Diſputat. de Auſtregis Reipubl. Norinbergenſis, Altorfi 1722.* SCHROETERI *de Auſtregis conventionalibus Sereniſſimæ Domus Saxoniæ, Jenæ 1720.* habita. Nullus tamen dubito quin ſpicilegium relictum ſit, præſertim intuitu ſpecialiorum quorundam capitum, Ganerbiorum Auſtregas concernentium, & ejusmodi obſervationum quas ex praxi haurire licuit.

§. VII.

Vocem Auſtregarum nihil aliud denotare quam Germaniorum Austräge & ab hac formatam eſſe, hancque a verbo austragen derivari, idemque ſignificare ac componere, decidere, definire, die unter einander habende Irrungen rechtlich austragen/ id ex Juris publici & rerum Cameralium Commentatoribus ſatis cognitum eſt, quemadmodum etiam ex BLVMII *Proceſſ. Cam. tit. 27. n. 4.* homonymia hujus vocis patet, confer. SCHRÖTERI *Diſp. de Auſtr. convent. Ser. Domus Sax. c. 1. §. 2. & 3.* In hac vero mea Diſſertatione hanc vocem tam pro Judice quam Judicio Auſtregali ſumi, ex ſequentibus manifeſtum erit.

§. VIII.

Originis Auſtregarum tempora ſi ſcrutamur, CONRINGIUS quidem *in Diſſert. de Judic. Reip. German. th. 53.* cum eidem adſtipulantibus BURGOLD. *in. Diſſert. 20. n. 3. P. II. ad Inſtr. Pac.* & Dn. TEXTORE *ad R. J. noviſſ. D. III. th. 2.* earundem natales ad diuturnum illud vulgo ſic dictum interregnum, ſeu calamitoſiſſima, quæ optimi, prudentiſſimi ac fortiſſimi Imp. Friderici II. ſuprema fata exceperunt, tempora referunt, ita rationes ſuas ſubducentes, nulla tempore illius interregni fuerunt judicia publica, neque tamen potuerunt non ſubinde enaſci inter Principes controverſiæ: ſed & poſt interregnum ad Maximilianum usque ea fuit Cæſarum imbecillitas, ut Principum multi ab eorum judiciis cauſas ſuas ſuſpendere noluerint: rara quoque ex eo fuere regni comitia, & ſæpe ſatis diu penes quem eſſet Cæſarea dignitas incertum fuit, contendentibus inter ſeſe de illa non paucis ante Bullam Carolinam, ut proinde tam turbulento Reipublicæ ſtatu coacti fuerint nonnulli Principes alia ſibi quærere judicia. Cum autem Maximiliano Imperatore nova Judiciorum ratio fuerit inſtituta, & Cæſar reſtitutam nonnihil vellet ſuam, quam in Principum cauſis dijudicandis obtinuerat quondam, authoritatem, placuit, ut omnium Principum cauſæ, ipſis volentibus coram ejusmodi Judicii (quæ hactenus apud quosdam obtinuerant, non tam authoritate Reipublicæ, quam ex privato Principum Inſtituto) a Cæſare in id confirmatis, in prima inſtantia agerentur, conceſſa cuique a lata ſententia ad ſummum Camerale ab ipſo Maximiliano, Statuum con-

ſenſu

Digitized by Google

ſenſu tunc primum conſtitutum, vel aulicum Cæſaris judicium provocandi ſive appellandi licentia. *Ord. Cam. de A. 1495.* Wie Churfürſten ꝛc. *in med. de A. 1555. p. 2. tit. 2. §.* darauf ꝛc. *Ord. Jud. Aulic. lit. 2. §.* Dieweil ꝛc. *ſub fine* vid. SCHWEDERI *Introduct. in Jus publ. Part. ſpec. Sect. II. cap. XVII. §. 5.*

§. IX.

Atque hanc ſententiam ambabus & egomet amplector, ſi intelligatur de Auſtregis non legalibus ſeu ordinationis, quas vocant, ſed de conventionalibus, quemadmodum de talibus Conringio cnm ſequacibus ſuis ſermonem eſſe res ipſa loquitur. Illas enim *legales* nimirum, Maximiliano I. ceu primo Autori adſcribendas eſſe negari nequit; *conventionales* autem haud paulo antiquiores eſſe, prælaudatus Dn. SCHÖPFIVS *in citat. Diſſertat. §. 8.* evincit, ubi quippe decem exempla Auſtregarum conventionalium refert, quæ ante Maximilianum I. ejusque conſtitutionem Judicii Cameralis contigerunt, ideoque hoc aſſertum veritati hiſtoricæ monumentisque publicis maxime conſentaneum eſſe aſſerit. Equidem Celeb. CONRING. *citante* SCHWEDERO *l. a.* contrariam de conventionalibus ſententiam tribuit SCHVBARTO *in Tr. de Auſtregis cap. 2. n. 49.* [illegible] & BLVMIO *in Proc. Cameral. tit. 27. n. 8. 9.* eosque [illegible]aquam audiendos ſibi perſuadet. Sed non ſatis [illegible]ri poſſum Virum hunc alias ſatis oculatum non [illegible]advertiſſe SCHVBARTVM & BLVMIVM manife[illegible]e & expreſſiſſime de Auſtregis Ordinationis ſeu [illegible]us loqui, cum ipſi contra CONRINGIO de con[illegible]alibus ſermo ſit. Quod nec ipſe Dn. SHWE-

 DER

DER ſatis animadvertiſſe videtur; ſiquidem ab initio *all. §. 5.* aſſerere nullus dubitat, originem Judicii Auſtregalis, ut multarum aliarum rerum primordia controverſa eſſe, & licet ſub finem *d. §. 5.* ſubnectat: fortaſſe litem hanc ſopiri poſſe per diſtinctionem inter Auſtregas conventionales & legales, illud tamen diſplicet, quod cum CONRINGIO litem fingit, ubi nulla plane eſt lis, ne apparenter quidem & quod 2) ſe non ſatis certum eſſe haud obſcure vocabulo FORTASSIS innuat, an hæc diſtinctio litem hanc dirimere poſſit. Si BLVMIVS cum SCHVBARTO indiſtincte de Auſtregali Judicio loquerentur, ipſos a CONRINGIO diſſidere alicui videri poſſet, ſed cum, ut dictum, expresſiſſime legalibus dictam originem tribuat, dum non ſolum immediate *præced. num. 7.* Auſtregas ordinationis definiat, ſed & jam *num. 6.* poſt allatam illam diviſionem Auſtregarum expreſſiſſime moneat, ſe de conventionalibus inferius *n. 188.* acturum, ne quidem ulla ſpecies contrarietatis inter ipſum & Conringium remanet.

§. X.

Occaſionem autem ad conſtituendum *A. 1495.* dictum Judicium Auſtregale id potiſſimum dedit, quod indignum viſum fuerit, Status Imperii immediatos, Electores puta, Principes, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles in præeminentiori dignitate conſtitutos, deterioris eſſe conditionis quam mediate Imperio ſubjectos, utpote quibus tres ad minimum competant Inſtantiæ, quibus jura ſua diverſis vicibus urgere, & per incuriam omiſſa, aut per injuriam rejecta recuperare liceat,

Digitized by Google

ccat, cum illis e contrario neceſſitas incubuerit uni tantum inſtantiæ perſonas ſuas & cauſas haud abſque periculo ſubmittendi. GAIL. *L. 1. Obſervat. I. n. 17.* VULTEJUS *ad L. I. n. 30. C. ubi Senatores.* Quamobrem placuit proceribus Imperii, ut ipſi primæ Inſtantiæ loco privilegium Auſtregarum haberent, nec ſtatim ad Cameræ Tribunal abriperentur, cum alias directo in Camera ſtare compellerentur. FRID. MINDAN. *de Proceſſ. L. I. c. 16. n. 1. Ordinat. Cam. P. II. tit. 27.*

§. XI.

Sufficiant hæc de origine Auſtregarum tam legalium quam conventionalium in medium attuliſſe, nunc porro e re foro puto, ſi brevem Nobilitatis immediatæ conſiderationem reliquæ tractationi præmittam, præſertim cum in nominibus locorum, quibus ejusdem membra ſibi invicem contradiſtinguuntur, tantum non omnes Juris publici ſcriptores non parum ſubinde aberrent. Nimirum ex juris publici Syſtematibus conſtat, Nobiles Imperii noſtri, (quos aliis merito præferendos ſcriptores noſtri communiter ſentiunt, quod Nobilitatem ſuam conſequantur a ſummo Orbis Chriſtiani Principe, Imperatore ſcilicet Romano, utpote qui cum Rege Romano ſolus in Imperio noſtro Jure proprio Nobilitatem conferre poteſt, SCHWED. *Introd. in Jus publ. P. ſpec. Sect. II. c. 18.*) eſſe duplices. Quidam enim Statibus Imperii ſubjecti ſunt, quidam autem immediate Imperatori & Imperio parent, nec ulli alii quoad perſonam ſubſunt Statui, indeque nomen der Freyen Reichs-Ritterſchafft / item der Freyen von Adel / (non quod ab omni plane ſed Ordinum Imperii Jurisdictione liberi

DER ſatis animadvertiſſe videtur; ſiquidem ab initio *all. §. 5.* aſſerere nullus dubitat, originem Judicii Auſtregalis, ut multarum aliarum rerum primordia controverſa eſſe, & licet ſub finem *d. §. 5.* ſubnectat: fortaſſe litem hanc ſopiri poſſe per diſtinctionem inter Auſtregas conventionales & legales, illud tamen diſplicet, quod cum CONRINGIO litem fingit, ubi nulla plane eſt lis, ne apparenter quidem & quod 2) ſe non ſatis certum eſſe haud obſcure vocabulo FORTASSIS innuat, an hæc diſtinctio litem hanc dirimere poſſit. Si BLVMIVS cum SCHVBARTO indiſtincte de Auſtregali Judicio loquerentur, ipſos a CONRINGIO diſſidere alicui videri poſſet, ſed cum, ut dictum, expreſſiſſime legalibus dictam originem tribuat, dum non ſolum immediate *præced. num.* 7. Auſtregas ordinationis definiat, ſed & jam *num. 6.* poſt allatam illam diviſionem Auſtregarum expreſſiſſime moneat, ſe de conventionalibus inferius *n. 188.* acturum, ne quidem ulla ſpecies contrarietatis inter ipſum & Conringium remanet.

§. X.

Occaſionem autem ad conſtituendum *A. 1495.* dictum Judicium Auſtregale id potiſſimum dedit, quod indignum viſum fuerit, Status Imperii immediatos, Electores puta, Principes, Prælatos, Comites, Barones, Nobiles in præeminentiori dignitate conſtitutos, deterioris eſſe conditionis quam mediate Imperio ſubjectos, utpote quibus tres ad minimum competant Inſtantiæ, quibus jura ſua diverſis vicibus urgere, & per incuriam omiſſa, aut per injuriam rejecta recuperare liceat,

ceat, cum illis e contrario neceſſitas incubuerit uni tantum inſtantiæ perſonas ſuas & cauſas haud absque periculo ſubmittendi. GAIL. *L. 1. Obſervat. I. n. 17.* VULTEJUS *ad L. I. n. 30. C. ubi Senatores.* Quamobrem placuit proceribus Imperii, ut ipſi primæ Inſtantiæ loco privilegium Auſtregarum haberent, nec ſtatim ad Cameræ Tribunal abriperentur, cum alias directo in Camera ſtare compellerentur. FRID. MINDAN. *de Proceſſ. L. I. c. 16. n. 1. Ordinat. Cam. P. II. tit. 27.*

§. XI.

Sufficiant hæc de origine Auſtregarum tam legalium quam conventionalium in medium attuliſſe, nunc porro e re foro puto, ſi brevem Nobilitatis immediatæ conſiderationem reliquæ tractationi præmittam, præſertim cum in nominibus locorum, quibus ejusdem membra ſibi invicem contradiſtinguuntur, tantum non omnes Juris publici ſcriptores non parum ſubinde aberrent. Nimirum ex juris publici Syſtematibus conſtat, Nobiles Imperii noſtri, (quos aliis merito præferendos ſcriptores noſtri communiter ſentiunt, quod Nobilitatem ſuam conſequantur a ſummo Orbis Chriſtiani Principe, Imperatore ſcilicet Romano, utpote qui cum Rege Romano ſolus in Imperio noſtro Jure proprio Nobilitatem conferre poteſt, SCHWED. *Introd. in Jus publ. P. ſpec. Sect. II. c. 18.*) eſſe duplices. Quidam enim Statibus Imperii ſubjecti ſunt, quidam autem immediate Imperatori & Imperio parent, nec ulli alii quoad perſonam ſubſunt Statui, indeque nomen der Freyen Reichs-Ritterſchafft / item der Freyen von Adel / (non quod ab omni plane ſed Ordinum Imperii Jurisdictione liberi

ſint, ſolum Imperatorem pro ſuperiori agnoſcentes, daß ſie von anderer Herren Landes-Obrigkeit gefreyet ſeyn/ und Käyſerl. Majeſt. und dem Reich allein mit Pflicht zugethan/ quæ verba ſunt *R. J. Spir. A. 1542. §.* dieweil aber etliche) Notanter autem dictum fuit: *quoad perſonam*, ex hujus enim immediata ſubjectione ipſorum libertas æſtimatur, ita ut eadem primum adæquatum & ſubſtantiale ſignum ſit, quo Immediati a mediatis differunt; cæteroquin enim ipſorum immedictati nihil officit, quod quæ poſſident bona vel ex parte, vel etiam in totum a Principibus vel Comitibus Imperii recognoſcant, exinde quippe nulla ſubjectio inferri poteſt, quia ex feudorum recognitione tantum vaſalli ſunt, Lehnleute/ nullatenus vero ſubditi vel Status Provinciales, Land-Saſſen. Si enim vaſallagium aliquem ſubditum faceret, Rex Neapolitanus, quod tamen nemo unquam aſſerere ſuſtinebit, eſſet ſubditus Papæ, cum extra dubitationis aleam poſitum ſit, ipſum a Papa Regnum ſuum tanquam feudum recognoſcere.

§. XII.

Hi jam immediati Imperio ſubjecti Nobiles a loco ubi degunt vulgo in tres Circulos (quos nonnulli etiam provincias, alii Claſſes vocant) *vid. R. J. de Ao. 1500. tit.* was mit der Ritterſchafft zu Francken, Schwaben und Rheinland ꝛc. *Anno 1543. §. 28. & A. 1544. §. 33. it. Inſtr. Pac. Weſtphal. art. 4. §. 17.* diſtribuuntur, *Franconicum* nimirum, *Svevicum* & *Rhenanum.* Quilibet horum Circulorum autem denuo in certos diſtrictus, quos etiam Loca Oerter, Cantons vocant, diſpeſcitur. Horum diſtrictuum in FRANCONICO numerantur ſex: I. Oden-

wald,

wald, 2. Steygerwald, 3. Gebürg, 4. Altmühl, 5. Baunach) a fluvio hujus nominis ita dicto (non vero Buchenau vel Buchen uti perperam non ſolum LIMNEUS *in Addit. ad Lib. VI. cap. 3. ex* KREYDEMANNO quam ibidem allegat, addens etiam vocem *Pan*, & *in ipſo Cap. VII. Lib. VI.* quintum diſtrictum Parra nominans) ſed etiam è recentioribus RHETIUS *Inſtit. Jur. publ. Lib. 1. tit. XIX.* imo & HORNIUS atque Dn. ZSCHACKEWIZ ſcribunt, cum potius Buchenau ſit vicus nobilium immediatorum Quartæ Buchoniæ des Buchiſchen Quartiers, Circuli Röhn-Werrenſis, de BUCHENAU de BOINEBURG & de SCHENCK, non procul à Fulda ſitus, Büchen autem ipſa regio Buchonia ſive Fagonia das Buchen Land. 6. die Röhn und Werra / die Röhn nimirum à montibus die Werra vero à flumine, nominatus, cujus loco iterum ſatis corrupte LIMN. *loco allegat.* Rohr und Weyde / SPRENGERUS die Röhn und Wehren RHETIUS Röhn und Weiden habet. Probe autem notandum hunc ultimum diſtrictum, quod communiter à Scriptorius Juris publici omittitur, iterum ſubdividi in 4. Quartas, Vierteil / Quartiers, nimirum in das Mayn / Saal / Hennebergiſche und Buchiſche. SUEVICUS autem circulus in quinque diſtrictus dividitur, nimirum 1. an der Donaw. 2. im Hegaw / Boden See und Allgaw. 3. am Neckar, Schwartzwald und Ortenaw. 4. am Kocher. 5. Kriechgaw. cujus loco alii ponunt Kintzgaw uti SPRENGERUS vel Glinsgaw uti RHETIUS, alias aliorum variationes ut taceam. Et tandem RHENANUS eſt tripartitus, nimirum in 1. Gaw & Wasgaw / 2. Nieder Rheinſtrohm / Hundesrück / Ebers wald & 3. Wetterau / Weſterwald und Rheingaw.

§. XIII.

§. XIII.

Dicta hæc immediata Imperii Nobilitas, licet non ſit Status Imperii, (exceptionem notat SCHWEDER. *J. Publ. P. Spec. Sect. 2. cap. 18. §. 6.*) non quidem ex ea ratione quod non gaudeant ſuperioritate territoriali, nam has duas regulas: *Poſita qualitate Status ponitur ſuperioritas territorialis, & negata qualitate Status negatur ſuperioritas Territorialis;* falſas eſſe, & Nobiles immediatos, ſi ad originem & increſcentem pedetentim Superioritatem Territorialem reſpiciatur, Jura ex quibus illa conſtat, æque ac alios Status ſingillatim, ſucceſſive vel privilegiis vel præſcriptione aliisve titulis ſibi comparaſſe, Clariſſ. Dn. FELTZIVS *in Diatrib. Jur. publ. de Superiorit. Territ. Nob. immed.* add. REINKING. *de R.S. & E. l. I. & 5. C. 2. in fin.* ſolidiſſimis argumentis demonſtravit. Interea inter illa ipſa privilegia haud poſtremum eſt, quod foro Auſtregarum gaudeant & in civilibus primam inſtantiam in Judicio Equeſtri unius cujusque *Circuli* (ex Directore ſeu Præfecto & Conſiliariis Equeſtribus dem Ritter-Hauptmann/ Räthen und Ausſchuß/ ex quibus priores der Ritter-Hauptmann und Räthe/ hodie ex ſingulari Imperatoris gratia, titulo Conſiliariorum Aulicorum Käyſerliche würckliche Räthe audiunt, conſtantis) habent, ubi ordinarie conveniuntur de quo plura legere licet *in Ordinationibus Equeſtribus* Ritter und Austrags-Ordnungen, nec non annexis privilegiis ab Auguſtiſſimo denuo declaratis, extenſis, renovatis & confirmatis, addatur KNIPSCHILD *de Jure Nobilitatis*, BVRGERMEISTERI *Codex Diplomat.* LENDERSHEIM aliique.

§. XIV.

§. XIV.

De his aliisque Auſtregis autem jam mihi ſermo non eſt, ſed in ſpecie de Ganerbiorum immediatorum Auſtregis conventionalibus (denen Geſchlechts-Erkohrnen/) qui nihil aliud ſunt, quam Judices vel quaſi & quidem conventionales, a Ganerbiis Nobilium immediatorum in pacto familiæ, ſolenni Juramento & confirmatione Cæſarea roborato, electi & conſtituti, eum in finem ut coram ipſis lites inter illos ortæ, juxta tenorem pactorum decidantur.

§. XV.

Auſtregæ itaque ſunt Judices, quia ſua ſententia lites, & quidem in prima Inſtantia dirimunt, conventionales autem ſive Gewillführe/ Gewillkührte/ willkührliche/ bedingte / beſondere / ſonderliche Austräge / Austrags-Richter/ Schieds-Perſonen/ Schieds-Freunde/ a conventione a Ganerbiis propterea inita, ita nominantur, inſimul ideo legalibus vel Ordinationis a lege conſtitutis contradiſtinguuntur. Vocantur etiam pactitii, a pactis illis Familiarum & Ganerbicis, Burg- und Gan-Erben/ Austräge/ Burg- und Schieds-Richter / Stamm-Austräge/ qui ad unam eandemque Familiam reſtricti, Erb-Austräge/ quæ perpetuo in illa Familia obſervantur. Item Gekohrne/ Erkohrne/ Geſchlechts-Erkohrne / a verbo küren/ kören/ vel kieſzen h. e. eligere, quemadmodum hæc vocabula in antiquis & novis pactis atque confœderationibus inveniuntur, ita in confœderatione Comitum de Wyden, Katzenellnbogen & Naſſau cum quibusdam Nobilibus de A. 1379. & Comitum de Henneberg cum nonnullis Nobilibus de A. 1403. quas *Cl. Dn.*

 SCHAN-

SCHANNAT in der Samlung alter Hiſtoriſcher Schrifften, *No. 4. p. 9. & No. 16. p. 53.* communicavit, paſſim legitur: Die wir gekoren haben / die Gekoren / die Gekorne / giengen auch dieſer Gekorner oder genannten Ober-Männer einer &c. in pactis vero recentioribus tam Gekohrne / quam Erkohrne & Geſchlechts-Erkohrne audiunt, & hæ ultimæ duæ denominationes inter Nobiles hodie frequentius in uſu ſunt.

§. XVI.

Diſtinctiones Auſtregarum conventionalium illas tantum afferam, quæ iisdem applicari & exemplis Ganerbiorum illuſtrari poſſunt. Quemadmodum autem pacta Ganerbica vel inter diverſas familias vel in una eademque conſtituuntur, ita etiam differentiam ponunt DD. inter Auſtregas diverſarum familiarum & unius familiæ qui tamen quoad effectum non differunt: priorum exemplum poſſunt eſſe Auſtregæ Dnn. Ganerbiorum de Geyſo & de Wechmar in Roſsdorff quorum pacti jam §. 4. mentionem feci. Huc referri etiam poteſt der Hauniſche Burg-Frieden, *de A. 1562.* quem LEIBEN tractatui: Von Gan-Erbſchafften und Gan-Erben-Schlöſſern adnexuit, & quem ſc. tractatum Dn. BAIERUS VOLCKMANNO emendato *Part. 1. p. 101. ſeq.* totum inſeruit, in quo pacto Auſtregæ inter Abbatem Fuldenſem qui tum temporis erat condominus in Haun (uti ex ſequentibus hujus pacti verbis liquet, wie dann iederzeit ein Fuldiſcher Amtmann oder Befehlhaber zu Haun / in Nahmen eines iederzeit regierenden Abts zu Fulda / als Mit-Gan-Erben zu Haun / zu thun ſchuldig und pflichtig ſeyn ſoll /) & Dominos de Haun, conſtituti erant, qui autem,

Digitized by Google

tem, ob prædictam quondam ſat celebrem familiam diu extinctam, hodie ceſſant. Poſteriorum vero, nempe Auſtregarum in una Familia ordinatorum exempla inveniuntur in Illuſtri familia Dnn. de BOINEBVRG it. de THANN, olim etiam in Familia de SCHLIZ dictis GOERTZ aliisque, qui inſimul ſunt *perpetui* & *certi* in pactis ad futuras lites decidendas in anteceſſum conſtituti. *Incertorum* vel *arbitrariorum*, qui, emergente lite, pro lubitu, vel juxta modum præſcriptum eliguntur, exempla deprehendimus in pactis Dnn. de RIPPEUR & Dn. L. B. ab OW. quæ LVNIGIVS im Reichs-*Archiv. Contin.* 3. der 7. Abtheilung 3ten Abſatzes von der freyen Reichs-Ritterſchafft exhibet, & de quibus in ſequentibus plura dicenda erunt.

§. XVII.

Subjectum, paciſcendo & compromittendo ſibi conſtituentes Auſtregas conventionales, ſunt Ganerbii immediati, qui tales perſonæ eſſe debent, quibus neque naturæ impedimentum, neque Legis prohibitio opponi poteſt Cum autem ejusmodi Auſtregæ in pactis familiarum, uti in præcedentibus dictum, conſtituantur, & omnium pactorum cauſa efficiens proxima ſit voluntas & conſenſus & quidem mutuus, neceſſario ſequitur, in quibus ejusmodi impedimentum deprehenditur, illos etiam paciſci non poſſe, quæ perſonæ autem aut impediantur aut prohibeantur non ſolum ex Jure Civili conſtat, ſed etiam hoc, quod illi valide compromittere nequeant, qui tranſigere non poſſunt, & liberam rerum ſuarum adminiſtrationem non habent, id quod etiam obſervatum eſt in pacto Familiæ jurato L. B. de THANN

Digitized by Google

A. 1556. renovato & ab Imperatore Ferdinando confirmato, in quo Curatores & Tutores nomine ſuorum pupillorum & minorum pactum Ganerbinatus inivere & in hoc Auſtregas conſtituêre; cujus inſtrumentum cum nondum typis exaratum ſit, e re erit hic & in ſequentibus ſemper ejus verba afferre, quæ ita ſonant: Benebén Philipps Schencken zu Schweinsburg/Cunrad von Trümbach und Chriſtoph von Oſtheim/ als Vormunde unſerer unmündigen jungen Vettern und Pfleg-Kindern/ nehmlich Martin und Hanß Melchiors/ Gebrüdern / Wolffgang Melchior / Hanß Heinrich Alexander und Carl / Gebrüder / alle gebohrne von der Thann/ und Gan-Erben zu der Tann &c.

§. XVIII.

Igitur extra dubitationis aleam poſitum eſt Ganerbios immediatos ejusmodi ſtatuta condere & conſuetudinem introducere poſſe, ut lites tam præſentes, quam futuræ coram electis & conſtitutis Auſtregis dirimantur, quia hoc experientia non tantum demonſtrat, cum, notante SCHVBARTO *de Auſtreg. c. 8. §. 11.* nulla fere domus aut familia hodie ſuperſit, quæ Auſtregis peculiaribus deſtituatur, ſed etiamſi, certum, compromittendi neceſſitatem etiam pacto privatorum induci poſſe, adeo ut, ſi quis ſe obligaverit, quod ſuper controverſia vel jam ſuborta vel impoſterum ſuboritura, ipſo cum adverſario in Arbitros compromittere & ipſorum ſententiæ acquieſcere velit, tale pactum valeat, uti pro hac ſententia *Cl.* SCHOEPFIVS *in dicta Diſſert. c. 2. §. 9.* varios Autores adducit, quamvis ejusmodi Arbitri Judices Auſtregales neutiquam ſint; multo magis Ganerbii immediati tales eligere poſſunt, quippe

Digitized by Google

pe hoc jus Auſtregas conventionales, tanquam Judices primæ inſtantiæ ſibi conſtituendi, ſolis immediatis Imperii membris competit, alias hoc ſequeretur abſurdum, quod quilibet privatus ſibi Auſtregas conſtituere poſſit, ut recte Dn. SCHROETER *in Diſſert. de Auſtreg. convent. Seren. Dom. Sax. c. 1. §. 11.* concludit.

§. XIX.

Sunt interim qui hoc jus, judicium Auſtregale conſtituendi ſolummodo Familiis Illuſtribus jura territorialia & regalia habentibus concedunt, cum autem maxima pars Doctorum cumprimis *Cl.* Dn. ESTOR *in Comment. de Miniſterialibus* & Dn. KOPP *in Tract. de inſigni Differentia inter S. R. I. Comites & Nobiles Immediatos*, nuper Nobilibus immediatis omnem ſuperioritatem territorialem denegent, cum ille inter alia *in dicti Comment. cap. 9. §. 406. p. 590.* afferat, quod apud Nobiles fruſtra quæratur territorium, in quo ſuperioritas territorialis ab iis exerceri queat, cum Principibus & Comitibus vicinis in pleriſque Nobilium bonis eodem competat; etiam jus Auſtregarum ipſis non competere alicui videri poſſet. Cui autem peragrare lubet diſtrictus qui Nobilibus Immediatis ſubſunt, certe ejusmodi territoria inveniet in quibus a Nobilibus Immediatis omnia jura territorialia exercentur & in quibus Principibus vel Comitibus vicinis plane nullum Jus territoriale competit, nec tale quid unquam deſiderarunt vel etiamnum deſiderant, igitur a particulari ad univerſale argumentari *Cl. Autor alleg.* videtur. Interea hoc tantum monere ſufficiat, quod quidem verum ſit, non omnes Nobiles immediatos habere Superioritatem territorialem, uti

Digitized by Google

etiam non omnes Principes & Comites hanc habent, attamen illis Jus Auſtregarum etiam conventionalium derer Geſchlechts-Erkohrnen tanquam immediatis, cumprimis accedente confirmatione Cæſarea, dubium reddi nequit.

§. XX.

Quæ & quales perſonæ quotve hoc Judicium Auſtregale tanquam Judices conſtituant hoc ex pactis illis gentilitiis, & conventionibus eſt addiſcendum, & in genere notandum, quod tales perſonæ eſſe debeant quæ ad officium Judicum gerendum habiles ſint, nam in perſona eligenda hoc potiſſimum attenditur ut ſit idonea, quod requiſitum omnes omnino perſonas quoquo modo ad munia ac officia eligendas habilitat, ſi ad id, quod vocantur vel eliguntur ſunt idoneæ. SITHMANN *in Idea Jur. Epiſc. c. 4. n. 1.* in ſpecie autem quod ſint Nobiles ſed non præciſe immediati, cum experientia doceat, quod etiam mediati eligantur, dummodo ſint apti. Quod perpetuos & certos Judices Auſtregales attinet, illi in pactis ſunt determinati, & in his quæ inſpicere mihi licuit utplurimum numerum ternarium inveni, ita in dem Tanniſchen Burg-Frieden *de A. 1557.* ſic diſpoſitum legitur: Und ſind dieſes die drey/ die wir ietziger Zeit über dieſen unſern Burg-Frieden und Verein unſerer Sachen gekohren haben/ nehmlich Hartman von Boineburg/ Amtmann zu Fürstereck/ Bernhard von Manßbach zum Schackhen/ Chriſtoph von Weyhers zu Gersfeld. Similiter in dem Boineburgiſchen Burg-Frieden *de A. 1698.* ſtatuitur: Es ſind die vorietzo zu obig berührter Geſchlechts-Erkohren vorgeſchlagene Freunde/ nahmentlich die Reichs-

Reichs-Frey-Wohlgebohrne Herren/ Herr Wolff Chriſtoph Schenck von Schweinsburg zu Buchenau/ Herr Adam Reinhard von Buttlar zum Dietlaß/ und Herr Reinhard Ludwig von Baumbach zum Tannenberg :c. In pacto Familiæ Dnn. de Geiſo & Wechmar de A. 1711. ſequens extat diſpoſitio: Auch ſind hiernechſt die Reichs-Frey-Hoch-Wohlgebohrne Herren/ nehmlich Herr Caſpar Chriſtoph von und zu der Thann, Herr Adolff Ernſt von Diemar auf Walldorff/ und Herr Caſpar Wilhelm von der Thann zum Hufflars als Burg- und Schieds-Richter über allerhand Gebrechen/ Unwillen und Mißverſtändniſſen friedlich und rechtlich zuerkennen/ und nach ihren Gutdüncken zu entſcheiden/ unanimiter geziemend erſuchet und erkohren worden. Similiter im Hauniſchen Burg-Frieden etiam tres conſtituti erant Judices Auſtregales qui in pacto allegato legi poſſunt. Quod autem Auſtregas incertos & arbitrarios concernit in Familia L. B. ab ow. itidem tres, Dnn. vero de RIPPEUR quinque perſonæ habiles ex agnatis & fideicommiſſariis & ita numero quoque impares eligi debent.

§. XXI.

Nunc modus eligendi Auſtregas conſiderandus, qui iterum propter varietatem pactorum varius deprehenditur, ſemper tamen juxta formam præſcriptam obſervandus. Liceat mihi in præſentiarum quosdam recenſere & nonnullas obſervationes adjicere. Hic autem rurſus certorum & incertorum Auſtregarum diſtinctio notanda, horum in *præcedenti* §. allegato pacto familiæ L. B. ab ow & quidem *in ejus §. fin.* ſequens deſcribitur eligendi modus: Daß zu Vermeydung befahren-

render Weitläufftigkeit drey qualificirte Cavalliere, wo möglich aus den Agnaten und Fideicommiſſ verwandten/ oder in Abgang derer von denen nechſten Freundten erbethen/ und durch ſie alle Streitigkeiten durch Spruch beygeleget/ oder aber/ da ihnen die Sache zu ſchwer fallen würde/ mit Zuziehung eines Rech-s-Gelehrten/ deſſen Rath ſie hierunter pflegen können/ der Handel geſchlichtet und endlich ausgerichtet werden ſolle :c. In Pacto vero Dnn. de RIPPEVR aliter diſponitur, videlicet: es ſoll der Kläger 3. Perſonen unſers Stamms und Nahmens zu benennen/ auch dieſelbe auf bemelds Klägers Erfordern ſich der Sachen in Monats-Friſt des Nechſten nach Erſuchen zu beladen :c. und dann ſoll auch iede Parthey noch ſonſt einen erbaren Mann-Wappens-Genoſſen aus der Ritterſchafft des Viertels am Necker und Schwartz-Wald erbitten/ und zu den ermeldten dreyen ſetzen/ welche 5. Perſonen zuförderſt allen möglichen Fleiß anwenden :c.

§. XXII.

Ubi autem in pacto familiæ certi conſtituti ſunt Auſtregales Judices, de quibus Ganerbii ab initio convenerunt, nihilo amplius quam illorum requiſitione opus eſt, ſi autem unus ex his deceſſerit, & ut alius eligatur neceſſitas poſtulet, tum iterum ejus electionis varii modi in conventionibus conſtituti deprehenduntur nam aut tantum Seniores familiæ, aut omnes Ganerbii eligunt, aut denique per ſortem electionem perficiunt, quod primum caſum attinet, ille invenitur in pacto L.B. de THANN. hisce verbis: Wäre es auch Sach/ daß dieſer dreyer (nemlich Erkohrner) einer oder mehr über kurtz oder lang mit Todt abgienge/ ſo ſollen die drey älte-

ſten

ſten Gan-Erben aus unſerm Geſchlecht Macht haben an deß oder verſtorbenen ſtatt/ andere zu erwehlen/ ſo offt und dick es die Nothurfft erfordert.

§. XXIII.

Secundus modus in illuſtri Familia Boineburgica eſt uſitatus, nam cum in illorum pacto Ganerbico nihil diſpoſitum ſit, quomodo novus Judex Auſtregalis, ſi unus ex iſtis vitam cum morte commutaverit, uti hoc jam aliquoties factum eſt, eligi debeat, ſequentem modum, qui etiam illorum Receſſibus conformis eſt, conſuetudine introduxerunt. Videlicet, Senior familiæ vel per literas vel convocatis omnibus ac Singulis illis Ganerbiis, in conventu loco demortui Arbitri, alios Nobiles numero tres, quatuor vel quinque imo plures vel pauciores, ſiſtit, ex quibus deindè cæteri Ganerbii, una cum Seniore, per vota majora unum eligunt: hisce peractis nomine ſingulorum Ganerbiorum literæ ad novum electum mittuntur, in quibus rogatur, ut officium Arbitri familiæ eines Geſchlechts-Erkohrnen in ſe ſuccipere velit, ſi igitur petito illorum annuerit, tunc ſtipulata manu invicem compromittunt, Arbitrum Familiæ cum ſuis collegis ſecundum pacta, ſtatuta, receſſus & conſuetudines Familiæ, illorum lites componere & dirimere, Ganerbii vero Auſtregarum conventionalium deciſioni ſe ſubmittere velle. Si autem prædictus electus functionem hanc recuſet & nullis precibus conſenſus ab ipſo impetrari poſſit, ratio poſtulat, ut nova electio inſtituatur, unde etiam dicitur, einen Geſchlechts-Erkohrnen erbitten.

§. XXIV.

Eo minus autem dubitandum, quod in caſu, §. anteccd. ut & procul dubio in priori, Auſtregæ Nobilium conventionales per vota majora eligantur, cum certum ſit, regulariter majora vota, juxta tritum, concludere, id quod in omnibus fere curiis, collegiis & judiciis ita obſervatur, ut nimirum quod majori parti curiæ placuit, ei æquiparetur, quod omnibus approbatum, ſiquidem referri dicitur ad univerſos, quod publice fit per majorem partem. REINKING *in tract. de regim. ſecul. lib. 1. claſſ. 5. c. 8. n. 57.* inſuper autem requiritur neceſſario ut vota ſint certa & categorica, atque in certam perſonam ex denominatis directa, hinc maxime de teſtanda quorundam depravata conſuetudo, quæ ſæpiſſime in Ganerbinatibus obſervatur, quando Ganerbii ex contradicendi ſtudio, & æmulatione, vel odio alterius, in hoc aliove caſu ubi vota requiruntur, vel nihil certi determinant, vel mere contradicunt, vel vota alternativa aut conditionata proferunt, qualia pro nullis omnino & non datis habenda, ita ut eligentes ea vice ſuo voto excidere debeant, ut ſtatuit PONTIFEX *c. 2. de electione & electi poteſt. n. 6.* Reprobantur autem omnia talia vota, quia certum conſenſum non exprimunt, certa ſiquidem debet eſſe perſona eligenda, ut Judex, arbiter, tutor & procurator. GLOSSA *ad d. cap.* Saniora vota quod attinet, quæ nonnulli interdum crepant, etiam hoc in caſu locum habere nequeunt, nec hodie attenduntur, quia quilibet votum ſuum pro maxime ſano habet, nec oraculum adſit, quod, quænam revera vota ſint ſaniora ex tripode declaret, ita ut doctrina Juris canonici

omni

Digitized by Google

omni applicatione careat, quod etiam Canoniſtæ non diffitentur, GONZALEZ *ad c. 57. n. 7. X. h. t.* uti hæc Ill. Dn. BÖHMER. *Tom. I. Jur. Eccleſ. ad tit. de elect. & electi poteſt.* §. 55. & 56. erudite docet.

§. XXV.

Occurrit etiam alia quæſtio inter Ganerbios maxime agitata, an Minores quoque & ſub Patria poteſtate etiamnum conſtituti, vel etiam tales qui nondum bona propria poſſident, in his aliisque caſibus vota habeant? Et quidem qui pro affirmativa pugnant, putant: quod quam primum Ganerbiorum filii pactum familæ juramento confirmaverint, quod in quibusdam familiis anno ætatis 15. in aliis 20. vel 21. fieri ſolet, illi etiam omnibus Ganerbiorum Juribus & jure votandi frui debeant, cumprimis cum id ipſum viridi ſit in obſervantia, multique inveniantur Receſſus familiæ ab ejusmodii Ganerbiorum filiis ſubſcripti. Sed his objectionibus regeri poſſet, quod quidem neceſſario Juramentum ſit præſtandum & hoc adſtringat ad inſtituta, MAVRIT. *Conſil. Tubing. 1. p. m. 603. & 605.* hoc vero veniam ætatis nullatenus dare poſſit, nec liberam adminiſtrationem concedere, cum ad hæc requiratur neceſſario ſententia declaratoria, & quemadmodum hic nulla plane adeſt cognitio, ita videtur talis opinio directo & Legibus & utilitati publicæ adverſari, nam Juramentum fidelitatis quod anno ætatis 14. præſtatur, & illud quod Nobiles Juvenes in Ordinem Equeſtrem recipiendi præſtant (die Ritter Pflicht/) defectum ætatis minime ſupplet, nec adminiſtrationem bonorum tribuit, vid. Neue Ritter-Ordnung *p. 80. & p. 33.*

 quod

quod ad ſubſcriptos Receſſus & data vota attinet, objicitur, etiam alios qui non convenerunt hos ſubſcribere poſſe & ſolere, nec votum deciſivum a talibus redditum hactenus productum eſſe. Interim hoc a certa Familia tanquam gravamen in Judicio Cæſareo Aulico propoſitum eſt, quod etiam Commiſſionem Cæſaream decrevit, ita ut nunc deciſio hujus controverſiæ expectetur.

§. XXVI.

Tertius modus eligendi Auſtregas, per ſortem, expreſſe in pacto Familiæ Dnn. de GEYSO & de WECHMAR ſancitus eſt his verbis: Würde nach des Höchſten Willen einer von denen Herren Burg-Richtern mit Tode abgehen/ ſoll iedesmahl vorbeſchriebener maſſen ein anderer an deſſen Stelle erkieſet werden/ und zwar durch die zween älteſten Herren Gan-Erben iedes Stammes/ iedoch mit beyräthlicher Zuziehung ſeiner Geſchlechts-Anverwandten/ im Fall aber die Vereinigung zwiſchen beyden nicht könte getroffen werden/ ſoll es durch das Looß geſchehen/ & hanc clauſulam non ſine ratione adjecerunt Ganerbii iſti, experientia edocti, quantis altercationibus ſæpe talis electio anſam dederit, quæ hoc modo feliciter evitantur, nam ſors in dubiis caſibus admodum proficua eſt, ingentes ſuas utilitates habet, atque conſpirationes eligentium, turbas, affectus, aliaque incommoda impedit tollitque dicente Dn. BÖHMER. *in Jur. Eccleſ. Tom. I. L. I. Tit. 6. §. 57.* & qui in ſeq. rem ita decidit: hodie non aliter ad judicium ſortis deveniendum eſſe, quam ſi omnis ratio deſit ex pluribus perſonis, paria vota habentibus aliquem eligendi, cum hæc via ſit extraordinaria, unde etiam

ſors deciſoria dicitur, & in jure noſtro tantum in ſubſidium, deficientibus aliis decidendi mediis, adhibetur: id quod quoque hoc in caſu obſervatur, nam hic modus in eventum, ſi Seniores iſti duo, unus nempe ex familia de GEYSO alter ex familia de WECHMAR inter ſe diſcrepent, quod facile contingere poteſt, quia tantum duo, ut unus hunc, alter vero alium Judicem Auſtregalem denominet, tunc in ſubſidium ad ſortem recurrendum, quemadmodum conſultum etiam eſt, ut licet hic modus in pactis non ſit expreſſus, is tamen adhibeatur quoties vota paria exiſtunt, cum commodior haud ſuppetat. Interim non poſſum non ex *Clar.* SCHANNAT. Sammlung alter Hiſtoriſcher Schrifften, *n. 17.* modum eligendi per ſortem curioſum, hic allegare qui in confœderatione de A. 1403. inter Henricum & Fridericum, Comites de Henneberg, & Nobiles quosdam Franconicos præſcribitur his verbis: Alſo daz dy obgenannte Gekorne zu derſelben zweyer ein zu in nemen ſullen / als zu einen ungraden / als ſy des eyn werden mögen / mochten ſy aber des nit eyn werden / ſo ſullen dy darum oder einen Halmen ziehen ongeverde / uff eynem Dache ader Schaube / welcher dan den längſten Halmen zuge / der ſolde die Kure haben / under den zweyen einen kyſen zu einen Oberman / als Dicke des geſche ongeverde.

§. XXXVI.

Conſiderata ſic electione Auſtregarum conventionalium, quæſtio nunc inter DD. in utramque partem agitata occurrit: an nimirum etiam Imperatoris conſenſus ad Auſtregas conventionales immediatorum ſit neceſſarius? *Cl.* SCHOEPFIUS *in allegata Diſput.*

§. 10. affirmantium, nimirum TEXTOR. *in Diſſert. ad Receſſ. Imper. nov. 3. th. 19.* SCHILTER. *in Inſtit. Jur. publ.* T. 1. L. 4. T. 1. §. *fin.* DN. DE LYNCKERI *de gravam. extrajud. Sect. I. c. 5. §. 20.* rationes examinat, quæ eo tendunt, quod ob Textum *Ord. Cam. P. 2. T. 2.* citra fraudem Legis fieri id nequeat, & absque approbatione Imperatoris non permiſſum ſit, poſthabitis legalibus Judicibus, primam Inſtantiam ad alios Auſtregas conventionales, nullibi confirmatos, deferre, cum præſertim etiam Receſſus Imperii *noviſſ. §. 116. in fine repetitus in Capitul. Caroli VI. Art. 18.* expreſſe diſponat: Und mit Conceſſion der Privilegien erſter Inſtanz, oder ſonderbahren Auſträgen/ auch diejenigen/ welche dieſelben biß dahero nicht gehabt oder gebraucht/fôrders an uns halten. Ad hæc autem dictus DN. SCHOEPFIUS regerit, quod Textus *Ord. Cam.* magis de tempore Judicii inchoandi accipiendus videantur, ſi quis eo tempore conventionales Auſtregas non conſtitutos habuerit. *Receſſus vero noviſſ.* §. *116.* non niſi de novis primæ Inſtantiæ & ſingularium Auſtregarum privilegiis, non facile concedendis, loquatur, & hoc ipſo Auſtregæ quidem certo modo reſtricti & odioſi, minime vero prorſus ſublati ſed potius in *Receſſ. noviſſ. §. 105. & 106.* in genere confirmati ſint; & tandem concludit: quia de confirmatione Cæſarea nihil ſpecialiter diſpoſitum vel ſtatutum inveniatur, hæc etiam neceſſaria non ſit &c.

§. XXVIII.

Verum enim vero, quomodo hæc cohæreant non ſatis percipere poſſum, nam de Auſtregis vel expreſſo vel tacito Imperatoris conſenſu confirmatis ſermo non

 eſt,

eſt, ſed de novis conſtituendis, qui in *Receſſ. noviſſ.* in quo illi tantum in genere confirmati, non comprehenduntur. Nemo etiam dicit, quod prorſus ſint ſublati. hinc, ſi ab Imperatore non facile concedendi, reſtricti & odioſi, neceſſario ſequitur, quod ejus conſenſus requiratur, id quod etiam in *Receſſ. noviſſ. & Capit. Cæſ.* diſpoſitum, & quæ Cl. Vir addit, quod ſicut in arbitrio Partium poſitum ſit, num de controverſiis inter ſe natis absque Judicii ſtrepitu tranſigere & certos Judices eligere velint, qua propter ipſe TEXTOR diſſentiens *th.* 21. diffiteri nequeat, conſtitutionem Auſtregarum conventionalium ab immediatis absque Cæſarea confirmatione factam, non poſſe invalidam eſſe, ſi vero hoc de facto contingeret, arbitrorum privatorum conditionem non excederent, cum immediatis eadem, quam privatis, poteſtas tribuenda ſit, hic non quadrant, nam hoc quidem verum eſt, quod omnes & ſinguli mediati & immediati poſſint ſibi Arbitros conſtituere, absque conſenſu Superioris, ſed hi non ſunt Auſtregæ conventionales & Judices primæ inſtantiæ, de quibus Textor confirmationem Cæſaream requirit. Multo minus ad rhombum aliquid facit, quod pacta a Familiis, jurisdictione deſtitutis, aqsque conſenſu Superioris inita valida judicet WALDSCHMID. in *Diſp. d. S. R. J. Comitum Auſtr. th.* 9. & integræ confraternitates & familiæ pacta ſuper allodiis, ab immediatis Imperii Civibus inita Cæſarea confirmatione non indigeant, nam de his iterum ſermo non eſt, ſed de ejusmodi pactis in quibus Auſtregæ tanquam Judices primæ inſtantiæ conſtituuntur; quid? quod ipſe Cl. Vir poſtea §. 13.

ubi

Digitized by Google

ubi de differentiis inter arbitros neceſſarios agit, expreſſe differentiam in eo ponit, quod Auſtregæ immediatorum conventionales auctoritate publica Cæſarea nitantur & §. 14. fatetur, quod Auſtregæ ſaltem immediatorum conventionales Auſtregas legales ceſſare faciant, & hoc etiam locum habeat in minoribus familiis & Auſtregas a Cæſare confirmatos habentibus; imo §. 18. dicit: quod tales Auſtregæ conventionales, tanquam majorum providentia erecti, atque publica S. Cæſareæ Majeſtatis Auctoritate, conceſſa iis Jurisdictione, confirmata Judicia conſiderantur, quæ in invitos exercentur. Idcirco DN. SCHROETER *Diſſert.* §. *13.* recte loquitur, non temere conſenſum Imperatoris negligendum eſſe, quoties in familia quadam de novo plane tales Auſtregæ conſtituantur, & verba *Receſſ. nov. & Capit. Cæſar.* hoc evincere videri, quod ad diminuendam, reſtringendam vel evitandam Cæſaris jurisdictionem tendant.

§. XXIX.

Igitur firmum ratumque eſto, quod in ſpecie pacta iſta Ganerbica Nobil. Immed. in quibus Auſtregas conventionales ſibi conſtituêre, omnino confirmatione Cæſarea indigeant, & alias tanquam perpetui Judices primæ inſtantiæ valere non poſſint, ſed meri ſint Arbitri, a quorum ſententia nulla Appellatio locum haberet. Et eo magis neceſſaria eſt eadem, cum tendant in præjudicium primæ inſtantiæ privilegiatæ, quam Nobiles in quolibet diſtrictu habent, der Ritterſchafftl. Orths-Inſtanz: e contra tale pactum ex ſuperveniente confirmatione Cæſarea accipit vim legis & privilegii at-

atque effectum ſanctionis publicæ recipit, omnemque doli, fraudis, metus, læſionis, deceptionis & machinationis cujusvis ſuſpicionem removet, cæteraſque difficultates tollit, exceptionem Auſtregarum tam in prima inſtantia quam in Judiciis Imperii ſummis ſubminiſtrat, cui exceptioni alias non facile locus daretur, inſuper Ganerbios eo magis ad ſervanda pacta adſtringit, ob adjectam pœnam, quapropter in confirmatione pacti FAMILIÆ BOINEBURGICÆ a Cæſarea Majeſtate CAROLI VI. Ao. 1712. impetrata, ſequentia leguntur verba: Inſonderheit aber befehlen Wir euch denen vereinigten von Boyneburg zu Lengsfeld/ daß ihr wieder dieſen von euch gerichteten und hiemit von Uns confirmirten Burg-Frieden und Stammes-Vereinigung nichts thut/ handelt oder fürnehmet/ noch das iemand andern zu thun geſtattet/ in keine Weiſe noch Wege/ als lieb einem jeden und Euch iſt Unſer und des Heil. Reichs ſchwere Ungnad und Straffe/ und darzu eine Pœn, nehmlich funffzig Marck löthigen Golds zu vermeiden/ die ein jeder/ ſo offt er ꝛc. Similis fere diſpoſitio deprehenditur in confirmatione Cæſarea des Tanniſchen Burg-Friedens, aliisque.

§. XXX.

Effectus ex neceſſitate pacti rite electorum & á Cæſarea Majeſtate confirmatorum Auſtregarum conventionalium Nobilium Immediatorum hic eſt, ut ſuſpendatur Jurisdictio ordinariorum Judicum, cui alias Nobiles immediati in quolibet circulo ſe ſubmittere debent, & de quibus §. 13. dictum, ita ut Ganerbii lite inter illos orta præciſe teneantur hos adire, uti hoc quoque pacta illorum jurata poſtulant, quæ etiam a Judicio

Equeſtri obſervari debent, vid. Auſtrags-Ordnung. Atque ſi in hoc Judicio Equeſtri, vel etiam ſummis Imperii, quis Ganerbiorum conveniatur, exceptione fori declinatoria ſe tueri & ut cauſa ad forum Auſtregarum remittatur petere poteſt, quæ exceptio etiam in ſummis Imperii Dicaſteriis attenditur, prout hoc ex Concluſo Aulico die 4. Novembr. 1660. in cauſa Würtzburg & Conſ. contra von der Thann Appellationis, patet, hujus tenoris: In Sachen weyland Herrn Hartmanns Johanniter-Ordens in Teutſchland Obriſten-Meiſters Erben/ entgegen und wieder Friederichen von der Tann/ werden Klägere mit ihrem unterm præſentato den 15. Octobris nächſthin bey dem Kayſerl. Reichs-Hof-Rath/ wieder ermeldten Friederichen von der Tann übergebenen Anbringen an die Tanniſche Erkohrne remittirt/ und wird beneben beyden Theilen hiemit auferlegt/ daß ſie dieſe Sach alldort innerhalb dreyen Monathen / ſo ihnen darzu hiemit von Amts wegen beſtimmt und angeſetzt werden/ rechtlich reaſſumiren/ und affterfolgen ſollen. Sign. Wien/ den 4. Novembris 1660. vid. merckwürdige Reichs-Hof-Raths-*Concluſ. P. II. Concl. 182. p. 270. it. in cauſa* Würtenberg-Oels *contra* Würtenberg Stukgart in puncto Auſtregarum de Ao. 1718. ibidem *Concluſ. 628. p. 926.* e contra Judices Auſtregales, officio in ſe recepto etiam ſatisfacere tenentur, nam quod prius erat liberæ voluntatis, poſtmodum fit neceſſitatis.

§. XXXI.

Nunc ordinis ratio poſtulat ut etiam diſpiciamus, quænam cauſæ ad hoc Judicium Auſtregale pertineant, quamvis autem CONRINGIUS *de Judiciis Reipubl.*

pul. Germ. §. 21. dicat: Quod pauca Auſtregis negotia decidenda ſint relicta & admodum anguſtis cancellis coarctata ſit eorum Jurisdictio, uti hoc DN. SCHOEPF. *in allegat. Diſſert. c. 2. §. 18.* adducit, attamen ſi inſpiciantur pacta Ganerbica, potius deprehenditur, quod ad omnes lites & differentias inter Ganerbios ortas ſint electi, & quamvis in dictis pactis tantum nonnullæ cauſæ ſint expreſſæ, nihilominus Judicum Auſtregalium Jurisdictio etiam ad caſus non expreſſos, modo habiles ſint, propter clauſulam generalem: über allerhand Gebrechen/ Unwillen/ und Mißverſtändniß/ eſt extendenda nam eum in finem ſunt conſtituti ut omnes lites dirimere debeant.

§. XXXII.

Nimis quidem prolixum imo impoſſibile eſſet, omnes controverſias quæ inter Ganerbios oriri, & de quibus Auſtregæ conventionales judicare poſſunt & debent, enarrare, interim operæ pretium erit aliquot cauſas in pactis memoratas introſpicere: inter has illa eminet, ſi quis ex Ganerbiis bona ſua Ganerbica vel illorum partem vendere vel oppignorare velit, quod quidem regulariter permiſſum non eſt, utpote ſcopo atque intentioni Pacti contrarium, vigore cujus quippe bona conſervari debent, & ſi hoc indiſtincte licitum eſſet, Ganerbii cæteri & proximi agnati jure ſucceſſionis defraudarentur, igitur etiam diſpoſitum legitur §. wenn wir aber in fernern Andencken finden ꝛc. daß von nun an/ einiges Stamm-Guth oder darzu gehörige Renthen/ Gefäll/ oder Feldſtücke von einigen Gan-Erben ohne aller übriger Vorbewuſt und Bewilligung/ an fremde oder auſſer dem

 Stamm

Stamm nicht veräuſſert/ verkaufft oder verpfändet werden ſollen oder mögen/ itaque talis alienatio absque omnium Ganerbiorum conſenſu facta non ſolum ipſo jure nulla eſt, ſed & venditor fit perjurus, pœnam pacto familiæ ſtatutam incurrit & Ganerbii cæteri vi conventionis vendita bona propria autoritate occupare atque emtorem ejicere poſſunt, interim Ganerbiis inter ſe contractum emtionis venditionis inire non eſt prohibitum, ſed quia Ganerbii ejusmodi bona tanto ac extraneus pretio emere nolunt, ſed potius ex tali emtione de jure & æquitate commodum ſperantes in tali caſu ad arbitrium Auſtregarum conventionalium recurrendum eſt, hinc ſequentem in modum diſpoſitum in pacto Familiæ Boineburgicæ: und da des Kauff-Pretii wegen die ſämmtlichen Gan-Erben ſich nicht vereinigen könten/ ſo ſollen die Erkohrne daſſelbe zu arbitriren und zu determiniren Macht haben und dabey lediglich ohne alle Reduction oder andere aufhaltliche Mittel/ wie die Nahmen haben mögen/ gelaſſen werden/ ſimili modo autem in Tannenſi Pacto, utpote in quo etiam hic caſus occurrit verbis: weiter iſt abgeredt und bewilliget worden/ da unſer etzliche keine Söhne ſondern allein Töchter oder Schweſtern hätten und vor denen ſelbigen mit Tode abgiengen/ daß dieſelbe ihre Töchter und Schweſtern bey ihren erlebten und anererbten Erbtheil zu der Tann geruhiglich bleiben mögen/ ſo lang biß ſie ſich verheyrathen und verehligen/ oder auch da ſie allbereit verändert wären/ alsdenn ſollen ſie ſchuldig ſeyn/ ſolch ihr Theil denen andern Gan-Erben zu verkauffen nach Billigkeit oder aber Erkänntniß deren dreyer von Adel, ſo wir hierzu erkohren haben. Quoniam verò taxatio Prædio-

 rum

rum & determinatio juſti pretii multis difficultatibus eſt obnoxia anſamque diſſidiis atque turbis præbet, quæ ſcopo pactorum Ganerbicorum admodum contrariantur: hinc Dni von der Thann in recentiori conventione (im neuen Burgfrieden) ratione hujus capitis ſibi melius proſpexerunt, dum ad avertenda id genus diſſidia, Bona ac prædia Ganerbica ſingula pro ratione amplitudinis atque redituum certo æſtimarunt pretio, quo unusquisque Ganerbiorum unum vel alterum eorundem alienaturus reliquis vendere tenetur. In quibus autem Ganerbinatibus talis conventionalis taxatio deficit, utique pretium vendendorum Bonorum Ganerbicorum per Auſtregas (ſeu die Geſchlechts-Erkohrnen) ex æquo & bono eſt determinandum, & ejusmodi modus etiam in certa Familia nuper eſt obſervatus.

§. XXXIII.

In pactis Ganerbicis etiam de eo caſu proſpectum eſſe ſolet, ſi quis forſan Ganerbiorum in probroſam proruere vitam, nec prædiis ſuis debitam adhiberet curam, indeque haud exiguum enaſceretur periculum, ne brevi peſſum plane eadem irent, nec locum talis dilapidator relinqueret admonitionibus Seniorum Ganerbiorum, ut, inquam tali in caſu res ad Auſtregas deferatur, hique autoritatem ſuam interponant: quemadmodum etiam de ſimili caſu, ſi forſan ſequioris ſexus perſona ad Ganerbiorum familiam ſpectans, in propudioſam vel aliam degenerem prolaberetur vitam, unde probrum in familiam redundaret, diſpoſitum inibi eſſe ſolet, ut Seniores Ganerbii, in conſilium & adminiculum adhibitis Auſtregis, tali malo opportuno adhuc tempore

re obviam eant, & pro re nata vel ipſo carcere nimis degenerem vitam talis fœminæ coërceant.

§. XXXIV.

Porro quoniam ſubinde etiam communibus apud Ganerbios officiis deſungentes & imprimis Juſtitiarii peſſimo ſolent eſſe loco, dum facile in ſuſpicionem adducuntur, quaſi huic Ganerbiorum plus faveant ac alteri, ſæpeque à Vaſallis ſubjectis ſibi perſuaderi patiuntur, quaſi in ipſorum litigiis non debita adhiberetur adminiſtratio juſtitiæ, quod præſertim uſu venire ſolet, ſi modo dicta litigia ſimul ad Ganerbiorum domeſticos ſpectent, hique illorum partes tueantur, unde non poſſunt non Juſtitiario, ſi vel maxime ſit Juſtitiarius h. e. Juſtitiæ amans, enormes procreari moleſtiæ; hinc in Pactis Ganerbicis Boineburgicorum prudenter ſatis ſancitum eſt, ut Ganerbii communi ejusmodi officio fungentem, quoties cancellos ſuos non transgreditur, ſed rerum ſuarum ſatagit, omni modo defendant & tueantur, & ſi quis Ganerbiorum putet, male illum functum eſſe ſuo officio, & ſe habere quæ eidem exprobrare poſſit, tale gravamen ut alia omnia ad præſcriptum pactorum Ganerbiorum ſub examen ſit revocandum ac diſcutiendum, ita nimirum ut niſi a Senioribus & reliquis Ganerbiis, quorum nihil intereſt, gravamen tolli queat, idem ab Auſtregis decidendum ſit, nullatenus autem ipſi gravato Ganerbio jus competat in propria cauſa judicem agendi, & forſan officialem illum debitâ pro rata ſalarii portione defraudandi, ſed potius litigioſæ ſuæ cauſæ cognitionem Auſtregis permittere horumque deciſioni ſe ſubmittere tenetur, niſi

ſtatu-

ſtatutam in Pactis Ganerbicis mulctam incurrere velit. Pariter ſe res habet, ſi Ganerbii vel omnes vel majori ex parte communem quendam ipſorum officialem citra ſufficientem cauſam ab officio removere vel ex male fundata ſuſpicione opprobrio afficere, quas reddere ipſis vellet acceptorum & expenſorum rationes recuſare, aut quocunque alio modo injuſtam ipſi inferre vim vel damnum conarentur; tali enim in caſu Officiali ejusmodi ad Auſtregas provocare juxta tenorem pactorum Ganerbicorum quam maxime liceret, quid? quod ſi etiam ab ipſis juſtam non obtineret ſententiam, ſumma deſuper adire Imperii Tribunalia integrum ipſi foret.

§. XXXV.

Ulterius quoniam in collatione officiorum tam Eccleſiaſticorum quam Politicorum ad Ganerbios conjunctim ſpectante haud leves oboriri ſoleant difficultates, dum inter ipſos de eligendo uno ex pluribus ſubjectis vacans officium vel ambientibus vel ab aliis tanquam maxime idoneis ad id ipſum commendatis rarius convenire ſolet, conſultiſſimum ſane eſt, ut rem Auſtregis committant, utpote ad quos regulariter deciſio rerum litigioſarum ſpectat, cum alias metuendum ſit, ne turbæ bono publico haud leve detrimentum allaturæ oriantur: unde Ganerbii de Geyſo & de Wechmar pactis ſuis Ganerbicis circa collationem parochiarum ſequentem conſtitutionem inſeruêre: Wenn bey ſich ereignender Vacanz . Pfarr zu beſtellen iſt :c. wäre es aber daß ſich beyde Familien/ deren iede ſo viel Vota hat als die andere/ deßfalls nicht vereinigen/ und die Vota, wie dann ſol-

ſolches allhier in pluralitate votorum beruhet/ gleich fallen möchten/ haben die Herren Erkohrne ſo dann die Wahl und endliche Entſcheidung zuthun. Quantum autem ejusmodi in caſibus præſertim adoptione Officialium communium, quæ haud levis res eſt momenti, ita ut unanimia vota requiri ſoleant, majora valeant, videre eſt ex ſententia Cameræ Imperialis in cauſa Marſchall von Oſtheim contra von Diemer und Conſorten Ganerbiorum Walldorfenſium d. 31. Oct. 1724. lata, in qua multa quidem notatu digna deprehenduntur, quæ autem inpræſentiarum propter prolixitatem locum non inveniunt.

§. XXXVI.

Complures alios caſus adhuc in medium afferre poſſem, ni prolixum nimis id foret, cum quæ majus momentum trahunt conſideranda reſtent. Huc pertinet quæſtio quam ſicco præterire pede certe nefas eſſet; utrum nimirum etiam Jurisdictio criminalis pertineat ad hancce Auſtregarum inſtantiam. Si conſulamus DD. haud levem deprehendimus diſſenſum, aliis quæſtionem affirmantibus, aliis negantibus, aliis judicium ſuum ſuſpendentibus. Ita DONAVERUS *in annotationibus ſuis ad Florini Oeconomum prudentem & legalem certe non indoctis. Lib. I. Sect. IV. c. 6. §. 62. p. 586. ſequ.* tam affirmantium quam negantium affert rationes, ſed controverſiam deciſione ſua haud dirimit, potius in hac æque ac in aliis de quæſtione: ubi Principes & Status Imperii immediati in cauſis criminalibus ſint conveniendi, litem apud DD. nondum eſſe peroratam ſtatuit, nec hic eſt locus opportunus utrinque in medium

dium

dium allata argumenta ſub examen revocandi, cum ſcopum meum non feriant, ſiquidem dum hic de Ganerbiis agitur, ceu Nobilibus immediatis, in eo cardo rei vertitur, cuinam in ipſos exercitium Jurisdictionis criminalis competat: ubi iterum duo caſus ſunt diſtinguendi; talis enim Nobilis vel in territorio proprio vel alieno delictum commiſit; in poſteriori caſu Dn. ESTOR *in ſuo commentar. de Miniſterial. c. IX. §. 410.* cum BRUNNEMANNO & STRYCKIO extra dubitationis aleam poſitum autumat, Nobiles immediatos in terris Principum & Comitum delinquentes ab his puniri poſſe, & ut pateat, haud privatam ſolum hanc eſſe DDrum opinionem, STRUVII *noviter apertum hiſtorico-politicum tabularium* (das neu-eröffnete Hiſtoriſch-*politiſche Archiv*) *P. I. p. 337. n. 13.* allegat, ubi integer Catalogus conſpicitur Nobilium Immediatorum Franconiæ, qui ob commiſſa in territorio Herbipolenſi delicta capti & pœna condigna affecti ſunt, hincque infert, in aliis terris Franconicis parem procul dubio competere Jurisdictionem Criminalem Principibus atque Comitibus in delinquentes inibi Nobiles Immediatos.

§. XXXVII.

Aſt, ut taceam, nullam eſſe conſequentiam ab Herbipolenſi territorio ad quodcunque aliud Territorium Franconicum, ſatis notum eſt, Nobiles immediatos illos nunquam hanc Jurisdictionem criminalem Herbipolenſi Epiſcopo conceſſiſſe, ſed conſtanter potius contradixiſſe, quid? quod apud ipſum Imperatorem deſuper conqueſtos eſſe, uti hoc acta & Concluſa Cæſareo-Imperialis Aulici Judicii teſtantur, e. g. Conclu-

F ſum

ſum d. 24. Jan. 1710. in cauſa Reichs Ritterſchafft in Francken Orts Röhn und Werra contra Würtzburg das Cent-Amt Carlſtadt und den von Lehrbach betreffend. Fiat petitum Mandatum S. C. de non eximendo Nobiles Immediatos a Jurisdictione Cœſarea in Criminalibus & primæ inſtantiæ in Civilibus, ſub pœna 10. Marcarum auri & termino 2. Menſium, &c. it. eodem die in cauſa Schenck von Schweinsburg contra Würtzburg 1.) Fiat Mandatum de relaxando captivo ſub pœna 10. marc. auri & termino 2. menſium. 2.) Fiat commiſſio auf den Herrn Churfürſten zu Mayntz/ als Biſchoffen zu Barmberg/ & reſcribatur eidem cum incluſione exhibitorum dieſe unter unmittelbahren Reichs-Ritterſchafftlichen Mitgliedern vorbeygegangene und veranlaßte ſchwere Thathandlung/ auctoritate Cæſarea genau zu unterſuchen/ und darüber mit Gutachten zu berichten/ inzwiſchen aber dahin zu ſehen/ damit die hierinnen intereſſirte Perſonen auctoritate Cæſarea geſchützet werden. 3) Cum notificatione hujus reſcribatur dem Herrn Biſchoffen zu Würtzburg/ Ihro Kayſerliche Majeſt. wären zwar nicht gemeinet/ ſeine hergebrachte Jura Centenæ auf einige Weiſe zu kräncken; nachdem aber nicht zu befinden/ wie aus denen angezogenen Urſachen und Præjudiciis, ſo allenfalls incompetenter und ohne Vorwiſſen Ihrer Kayſerl. Majeſtät geſchehen/ dieſe unter perſonis Immediatis vorbeygegangene Thathandlungen vor der Deroſelben allein zuſtehenden *Judicatur* ab- und zu ſeiner Centbarkeit gezogen werden könte; Alſo ſolte der Herr Biſchoff denen hierinne ergangenen Kayſerlichen Verordnungen eine völlige Parition leiſten/ und zur Beförderung der Inquiſition die vor ſeinem Cent-Gericht ergangene Acta

der heut ergangenen Kayſerlichen Commiſſion extradiren. Simili modo a dicto Summo Judicio Aulico in cauſa von Boyneburg contra von Truchſeß zu Wetzhauſen in puncto fractæ pacis publicæ d. 17. Jan. & 30. Julii, 1709. teſtantibus actis, pronunciatum eſt. Et ſane ex his non ſolum liquet, negotium hoc, quoad ipſum territorium Herbipolenſe, non adeo eſſe extra omnem controverſiam, ac quidem putant Dnn. ESTOR & STRUVE, ſed etiam hoc nos docere poteſt pactum inter Epiſcopatum Herbipolenſem & immediatam Imperii Nobilitatem des Orths an der Baunach 1717. d. 19. Junii initum (der errichtete Receſs wegen der Cent/ Zünffte und Acciſe) utpote in quo §. 27, ita habet: Auf den Fall aber/ da ein immediater von Adel/ entweder in einem Adelichen Schloß/ Anſitz/ Centfreyen gemeinen Hauß oder in einem Hoch-Fürſtlichen Würtzburgiſchen Cent-Orth ſelbſt einen Criminal-Fall zu Schulden kommen läſſet/ hat ſich zwar die löbliche Ritterſchafft auf ihre Immedietät und anderes bezogen/ mithin der Hochſtifftiſchen Cognition und Beſtraffung nicht unterwürffig machen wollen/ das Hoch-Stifft Würtzburg hingegen von ſeiner dieſſfalls competirenden Befugniß ſo wohl der Cognition als des Einfalls und Beſtraffung nicht abweichen können noch wollen/ als iſt dieſer Punct ſalvo cujuscunque jure für ietzo ausgeſtellet blieben.

§. XXXIIX.

Hinc & ego hanc rem ſuo loco relinquo, periculoſum enim eſt ejusmodi controverſiæ deciſionem in ſe recipere citra exactum rationum ab utraque parte militantium ſcrutinium, atque hinc longe conſultius a deciſione abſtinere, quam ſententiam ex præcipitantia

 fer-

ferre, inprimis cum hæc controverſia tendat in præjudicium Jurisdictionis Criminalis S. Cæſareæ Majeſtati in Nobiles immediatos privative competenti, quippe quæ non ſolum a dicta Nobilitate immediata ſolidis ſane rationibus, ſed etiam a ſummo Judicio Aulico ſemper defenditur, uti hoc præter priora allegata Concluſa, illud ab Autore derer merckwürdigen Reichs-Hof-Raths-*Concluſorum P. II. p. 682. d. 12. Aug. 1716.* in cauſa Reichs-Ritterſchafft in Francken Orts Gebürg in ſpecie mit intereſſirte Künſperg-Tyrnauiſche Vormundſchafft contra Brandenburg-Culmbach und von Giech/ exhibitum Concluſum 422. clarius demonſtrat, ita ſonans: Reſcribatur dem Grafen von Giech/ gleichwie Ihro Kayſerliche Majeſtät niemals geſchehen laſſen könten oder würden/ daß auſſer Ihnen jemand der Gerichtbarkeit über derer unmittelbahren von Adel Verbrechen und Criminal-Fälle unter dem Vorwand einer territorial-Herrſchafft/ oder loci delicti, oder ſonſt ſich anmaſſen thue/ alſo ſey Ihnen mißfällig vorkommen/ daß derſelbe ſich ſeines keineswegs dahin gemeinten Decreti, zu Violirung der Kayſerlichen allerhöchſten Jurisdiction mißbrauchet/ und ſo gar unmittelbahre von Adel an andere Stände des Reichs ausliefern laſſen. Sie wolten alſo demſelben bey Vermeidung der den Beleidigern der Ritterſchafftlichen Privilegiorum geſetzten Strafe ernſtlich anbefohlen haben/ ſich deſſen vors künfftige nicht nur zu enthalten &c.

§. XXXIX.

Ut autem iterum ad Auſtregas accedam, priorem caſum, ſi quando nimirum Nobilis Immediatus ex Ganerbiis in proprio horum territorio, nulli ullius Princi-

Digitized by Google

pis vel Comitis prætenſioni obnoxio (qualia ſane dantur) delictum committeret, an non hoc in caſu cognitio deſuper ad Auſtregas ſpectaret, ſub examen revocabo. Nullum autem eſt dubium illos Autores qui Auſtregas conventionales in criminalibus admittendos ſtatuunt, uti Dn. HULS *in Diſſert. alleg.* §. 16. & Dn. SCHROEDER *Diſſert. cit.* §. 16. contra Stryckium aliosque defendunt, pro affirmativa pugnaturos, præſertim cum confirmatio Cæſarea, quæ utique requiritur, omne tollere dubium videatur. Quod ſi etiam ipſa intueamur pacta Ganerbica, in haud paucis deprehendimus Ganerbios in caſibus Criminalibus Auſtregarum cognitioni ſe ſubmittere e. g. in pactis Ganerbiorum de Geyſo & Wechmar legitur §. 7. Alle und jede Verbrechen unſers Burgfriedens die von denen Herren Gan-Erben entweder ſelbſt oder durch ihre Adeliche Familie, ſie ſeyn civil oder criminal, wo GOtt in Gnaden vor ſeyn wolle/ ſollen von denen Herren Erkohrnen und Burg-Richtern unterſuchet und nach deren Erfindung die Straffe erkant werden. Pariter in pacto Ganerbiorum de Cronberg habetur: daß bey Entſtehung einiger Streitigkeiten ſie möchten Leib / Ehr oder Guth / Lehen oder eigenes betreffen ꝛc. Pacta Ganerbiorum de Thann ſimilem continent conſtitutionem: Schlüge aber unſer einer den andern gar zu todt/ der ſoll das Schloß zu der Tann von Stund an räumen/ und ſein Lebenlang nicht mehr gen der Tann/ noch auf drey Meyl nahend dabey kommen/ er habe denn zuvor den Todtſchlag gebüſſet/ wie es die drey Erkohrneerkennen. Et hæc ipſa pacta Tannenſia ab ipſo Imperatore Ferdinando I.

Ao. 1557. ſunt confirmata, ita ut plane videatur Jurisdictio criminalis ad Auſtregas pertinere.

§. XL.

Quemadmodum autem §. præcedenti allegati Autores Confirmationem Imperatoriam expreſſe requirunt, ſi deciſio Auſtregarum conventionalium in criminalibus firmo ſtare talo debeat, & adeo haud obſcure innuunt, Jurisdictionem Auſtregalem regulariter in hoc caſu locum non habere, ac per conſequens omnes reliquas ab utraque parte ex Jure Romano (quod cum Auſtregas plane ignoret, vel ex hoc capite huc applicari nequit) contra illud adductas rationes in fumum abire, potius hoc in negotio omnia ad Imperatoris arbitrium & beneplacitum redire, ſiquidem extra controverſiæ aleam poſitum eſt, ipſi Jurisdictionem criminalem in Nobiles Imperii Immediatos competere, unde etiam Imp. LEOPOLDVS in Confirmatione Pactorum Ganerbicorum Tannenſium A. 1694. candem expreſſe ſibi reſervavit verbis: Auch alſo und dergeſtalt/ daß Uns und unſern Nachfolgern am Reich Römiſchen Kayſern und Königen in puncto homicidii unter Ihnen/ Gan-Erben/ ihren Erben und Nachkommen unſere Kayſerliche Criminal-Jurisdiction vorbehalten ſeyn und bleiben ſoll ꝛc. Et adeo tutius eſt ſtatuere, Jurisdictionem criminalem ad Auſtregas hoſce proprie haud ſpectare: quamvis fieri poſſit, ut Imperator iisdem hanc Jurisdictionem demandet, quo de autem hic non eſt ſtatus controverſiæ. Interim hic apparet, non omnia quæ DD. ſubinde de re aliqua in medium afferunt, ad rhombum eſſe, ſed ſæ-

pius

pius applicatione carere, præſertim ſi fundamenta deſint, unde hæc vel illa privilegia deducenda.

§. XLI.

An Auſtregæ cauſas matrimoniales ſibi vendicare poſſint, non minus a DD. diſceptatur. Prolixum nimis foret, nulla exigente id neceſſitate, adductas utrinque rationes hic apponere, hinc remittere B. L. placet ad Autores hanc rem pertractantes, e. g. ZIEGLER. *com. concl. §. Auſtreg.* KNIPSCHILD. *de Nobil. Imper. L. 3. c. 23. n. 853.* LIMNÆVM *de Jure publ. L. 4. c. 8. n. 96.* SCHVBART. *de Auſtreg. c. 5.* STRYCK *de foro Auſtreg.* aliosque. Quod Auſtregas Ganerbiorum attinet, in pactis deſuper nihil invenitur diſpoſitum, nec mihi caſus aliquis innotuit, ita ut ſatis mihi perſuaſum ſit, cauſas matrimoniales ad hosce Auſtregas plane non ſpectare. Quemnam autem Judicem Auguſtanæ Confeſſioni addicti Nobiles immediati in ejusmodi caſibus adire debeant, ut disquiram, non eſt propoſiti mei, interim hac de re videri poteſt L. B. DE LYNCKER Reſp. 14. ubi talis caſus proponitur & in rationibus decidendi alia inter ſtatuitur: quod, in caſibus nulli Judici ſubjectis, Pars gravata, ſibi ipſi ſecundum dictamen rectæ rationis & conſcientiæ jus dicere poſſit. Conferatur etiam SCHWEDER. *Jur. publ. P. ſpecial. Sect. II. c. 17. §. 22. & ſeqq.* qui §. 36. fatetur, quod quæſtio hæc de Illuſtrium immediate Imperio ſubjectorum A. C. foro in cauſis matrimonialibus ita in ancipiti hæreat, tantaque circa eam ſit ſententiarum varietas, ut magni nominis Viri in ea decidenda judicium ſuum ſuſpendant, definitionem publicam ex Comitiis Imperii expetentes.

§. XLII.

§. XLII.

An feudalia ad Auſtregarum forum pertineant, pariter rationibus tam pro affirmativa quam pro negativa controvertitur, quibus in medium adducendis haud opus eſt ut immorer, cum potius videndum, quomodo pacta Ganerbica hanc quæſtionem decidant. Quædam enim eorundem cauſas feudales excipiunt, uti factum in pactis Ganerbiorum de RIPPEVR quæ videantur apud LVNIG. *l. c.* item in Tannenſibus, ubi diſponitur, daß es in feudalibus lediglich unter Diſpoſition der Lehn-Rechte verbleiben ſolle/ und was etwa der Lehn-Beſitzer mit conſens des Lehn-Herrn darüber ſtatuiret hätte. Vice verſa in aliis pactis Ganerbicis ipſæ etiam feudales cauſæ ad forum Auſtregaram ablegantur, quale quid deprehenditur in pactis Ganerbiorum de CRONBERG, ititem apud LVNIGIVM legendis. Dantur tamen etiam Pacta Ganerbica, in quorum inſtrumentis nulla plane feudalium fit mentio. Quicqid autem hujus ſit, quemadmodum optime videtur fundata eorum ſententia, qui, incaſſum aliis objicientibus rationes ex 2. *Feud.* 55. §. *fin.* & *L.* 1. *C. de commun. utr. Jud.* & *L. fin. ff. de permiſſ.* utpote inſufficientes, ſtatuunt, quod ſi fratres inter, aut agnatos, ſuper diviſione Feudi, quo ſimultanee ſunt inveſtiti, lis oriatur, ejus deciſionem Arbitro committi optime poſſe, ſiquidem exinde nullum plane Domino Directo præjudicium enaſcatur, DORNFELD *in Diſp. de Arbitris* §. 22. HVLSIVS *in Diſp. de Auſtreg. Reip. Norinberg. Sect. I.* §. 19. ita nullum puto eſſe dubium, quin Ganerbii ſimultanee de feudo inveſtiti, (apud quos plerumque moris eſt, ut Senior fami-

liæ

liæ bona feudalia ſuo & agnatorum nomine recognoſcat & recipiat, aut his aut Seniore vel nihil eorum habentibus vel inter illos, ſeu æqualiter, ſeu inæqualiter, diviſis) exorta deſuper lite Auſtregas adire poſſint & debeant, licet nihil in pactis Ganerbicis de rebus feudalibus diſpoſitum ſit, ſiquidem ſub clauſula generali omnium litigiorum & ſimultatum deciſionem indiſtincte Auſtregis ſubjiciente, etiam cauſas feudales comprehendi merito cenſetur. Nec enim intereſt Domini directi, quantum quisque inveſtitorum de feudo poſſideat, necnon, unus ne, an omnes poſſeſſione gaudeant. Quodſi vero caſus obtingeret, ubi præjudicium ex deciſione exortæ litis in Dominum directum redundare poſſet, ambabus largior, tum deciſionem ad Auſtregas haud ſpectare.

§. XLIII.

Conſideratis ſic, quatenus hic fieri potuit, cauſis ad Auſtregarum inſtantiam pertinentibus, notari adhuc meretur, quod antequam cauſa aliqua litigioſa ad Auſtregas deferatur, adeundi deſuper ſint Seniores familiæ, liti non impliciti, utpote qui omni modo amicabilem tentare ac promovere compoſitionem tenentur, ita enim e. g. in *Pactis Boineburgicis* diſpoſitum legitur: So iſt von Uns beliebet und verordnet/ daß um alle beſchwerliche Weitläuftigkeit und Koſten möglichſt zuverhüten/ zuförderſt die Zwey jederzeit ſeyende und unintereſſirte älteſte Gan-Erben ſolche ſtrittige Sache unterſuchen und in Güte zu erörtern trachten ſollen :c. cui conſonum eſt, quod hac de re in *Pactis Tannenſibus* legitur, ubi tamen inſimul additur,

quod

quod *tres* Seniores id negotii in ſe ſuſcipere debeant. Cujus diſpoſitionis in eo ſita eſt ratio, quod præſumtioni ſit locus, litigantes ſuaſionibus & monitis proximorum ſuorum agnatorum eſſe obſecundaturos, utpote non facile diffidentiæ alicujus cauſa exiſtente, præſertim cum reciprocum fraternum plane amorem, fidem atque benevolentiam ſibi mutuo, & jurato quidem, promiſerint, & omnem ſe moturos lapidem ſpoponderint, ut omnes præter ſpem inter ipſos exortæ ſimultates quantocius aboleantur, & in ipſa, quod dicitur, herba eradicentur, ſicque perpetua floreat inter Ganerbios concordia, aut ſaltem omnes evitentur longinquæ & ſumptuoſæ lites. Et certo ſatis mihi perſuaſum eſt, quod ſi Ganerbiis ad litigia ruituris ſæpius jurata reciproce ab ipſis fides de colenda perpetuo, quantum fieri poteſt, fraterna concordia atque amicitia paulo vividius ob oculos poneretur & in memoriam revocaretur, non tam ſæpe illos vitilitigiis forenſibus ſeſe invicem ad incitas eſſe redacturos. Quotieſcunque igitur pacta Ganerbica de tentanda per Seniores familiæ amicabili compoſitione aliquid diſponunt, illi diſpoſitioni eſt inhærendum, adeo ut ſi quis Ganerbiorum præteritis Senioribus cauſam litigioſam ſtatim ad Auſtregas deferret, Reo exceptio competeret: *nondum tentatæ juxta tenorem juratorum pactorum Ganerbicorum amicabilis compoſitionis.*

§. XLIV.

Dum adeo familiæ Senioribus, vi pactorum Ganerbicorum, ſola amica interpoſitio, ad tentandam diſſi-

dio-

diorum ſublationem competit, quis, credidiſſet, etiam hac ſuper re litem unquam eſſe exorituram? nihilominus id quadam in Familia accidit, ut nimirum ejus Seniores loco tentandæ amicabilis compoſitionis ipſam jurisdictionem in parem ſibi vendicare & ſententiam inter diſſidentes ferre auſi fuerint, ſub prætextu: Auſtregas eſſe ſolum inſtantiam Appellationis, quod ſane pactis e diametro contrariatur, unde etiam hic auſus a Summo Judicio, ceu augurari facile poterant, plane fuit improbatus.

§. XLV.

Quodſi adeo amicabili compoſitioni a Ganerbiis nullus relinquitur locus, nil ſupereſt, quam ut cauſa ad ipſos Auſtregas deferatur. Diſpoſitum autem nonnullis in pactis reperitur, ut antequam coram Auſtregis litis fiat ingreſſus, illis pariter incumbat, amicabilem tentare compoſitionem. Exempli loco ſint literæ conventionales â KYLLINGERO *n. 3.* adductæ, itemque eæ quas legere datur apud LVNIGIVM im Reichs-*Archiv*, ut alias taceam. Quid? quod etiamſi hac de re nullum in pactis Ganerbicis occurreret monitum, ipſum tamen officium Judicis & Chriſtiana charitas requireret, ut litigium forenſe ingreſſuris vivis Judex depingeret coloribus, quantæ moleſtiæ devorandæ, quanti ſumtus impendendi, & quantum periculum ſubeundum ſit hanc viam inſiſtentibus, adeo ut non raro ſalutis tam animæ quam corporis diſpendium fiat, unde tam in cunctis *Ordinationibus Proceſſuum*, quam etiam *in noviſſimo Receſſu §. 110.* id ipſum Judicibus injunctum reperitur, quod nihilo-

hilominus, teſtante experientia, plerumque proh! dolor, negligitur.

§. XLVI.

Orta igitur lite inter Ganerbios, perſonæ Auſtregales (die Geſchlechts-Erkohrnen) congregantur, & quidem impenſis vel Actoris vel ſuccumbentis, prout deſuper conventum fuerit: dehinc tentata incaſſum amicabili compoſitione, Judicialis proceſſus initium capit. Quod ſi jam in Pactis Ganerbicis modus procedendi eſt præſcriptus, per ſe patet, illum eſſe obſervandum, ſin contra, procul dubio modus procedendi communis venit attendendus, non ſpretis etiam uſu & obſervantia. In conſilium quandoque etiam adhiberi ſolet JCtus ut is proceſſum dirigat, & de cœtero more conſueto proceditur usque ad ſententiam definitivam, quam vel ipſi perſonæ Auſtregales pronunciant, vel nomine eorum extranei ferunt. Sententia autem ejusmodi non, ut facile eſt dijudicatu, arbitrorum laudo, exceptionem rei judicatæ non admittenti vel actionem producenti, eſt æquiparanda, ſed vera ac genuina Judicialis ſententia, cui omnes omnino effectus latæ autoritate Judiciali ſententiæ competunt.

§. XLVII.

Hinc quæſtio facilem admittit deciſionem: num Appellationi a ſententia Auſtregali locus ſit; utpote exin quod Auſtregales perſonæ ſunt Judices primæ inſtantiæ, ſequitur, ab iis appellationem concedendam eſſe ad Judicem ſuperiorem. Et quamvis in arbitris

compromiſſariis id non procedat, nihilominus DD. communiter ſentiunt, tam in legalibus quam in conventionalibus Auſtregis Appellationi locum eſſe SCHÖPFF. *alleg. diſp. §. 19. in fine.* Quemadmodum etiam non conceditur a conventionalibus ad legales provocatio, ſed ad Judicem ſupremum ordinarium, ita nec integrum eſt gravamen ex ſententia Auſtregali ſentienti Ganerbio, ut appellatione ab Auſtregis ad Judicium Nobilitatis Imperii immediatæ utatur, ſed adeunda ipſi ſunt ſumma Imperii Dicaſteria.

§. XLVIII.

Aſt ſi ab ipſis Ganerbiis pactum ſit initum, ne ullus Appellationi ab Auſtregali ſententia ſit locus, (quale pactum appellationis prohibitorium reperitur in illis Inſtrumentis quæ LVNIGIVS *de Nobil. Imp. Immed.* proponit, imo, ut obſervaſſe Dn. SCHÖPFIVS *in alleg. Diſp. §. 20.* ſibi videtur, in omnibus fere familiarum pactis) tam hi, quam alii DDres communiter ſentiunt, tale pactum vim habere & ex formula ejusdem pronunciandum eſſe, eo quod quis favori pro ſe introducto renunciare poſſit, nec ipſum jus naturæ ullum adſtringat, ut contra ſententiam quam injuſtam putat, appellatione utatur, unde generatim pro cautela commendatur, ut quis in ejusmodi conventionibus de tali renunciatione ſibi proſpiciat: hinc & conſequitur, rebus ſic ſtantibus, & præſertim ſi ſuperius commemorata obſervatio Schöpfiana veritate nitatur, non facile a Sententia Auſtregali ad Summa Imperii Dicaſteria appellationi locum eſſe.

Digitized by Google

§. XLIX.

Præterea in *Pactis Boineburgicis* etiam id diſpoſitum reperitur, ut ipſa ſententia Auſtregalis cauſam litigioſam finiat, es ſolle bey dem Spruch der Erkohrnen lediglich ſein Bewenden haben/ cui conſona plane ſunt *Pacta Tannenſia*, itidem ſanciendo, ut Ganerbii Sententiæ Auſtregali acquieſcant, unde non parum veroſimile ſit, contra ſententiam Auſtregalem appellationi locum haud eſſe, maxime cum Ganerbii pacta illa juramento firmarint, inſuperque confirmatio Imperatoris acceſſerit, quo in caſu, uti ſæpius memoratus SCHOEPF. *l. c. ex* AHASV. FRITSHII *addit. ad Speidelii. voc.* Geſchlechts-Regiſter, ſtatuit, nullum ipſi eſt dubium, ejusmodi pacta eſſe validiſſima & omni exceptione majora. Cæterum inter Dnn. Ganerbios von der Thann hæc quæſtio: utrum nimirum a ſententia Auſtregali ad ſumma Imperii Tribunalia appellatio detur, in utramque partem diſceptata fuit, tandem poſt adductas ab altera parte, negativam ſuſtinente, modo allatas & adhuc forſan alias rationes, ad impediendum recurſum ad ſuperiorem & a Dominis Tutoribus Tannenſibus delatum deſuper gravamen ad Conſilium Imper. Aulicum, Hoc ipſum d. 30. Jun. 1724. id deciſum tulit: nulli Parti gravatæ de jure communi & conſtitutionum Imperii competentia remedia juris eſſe auferenda, uti videre eſt *P. II.* der merckwürdigen Reichs-Hofraths-*Concluſorum, Concl. 303. p. 462.* & cum id ipſum hanc rem non parum illuſtret, intermittere non poſſum, quin hic verbotenus id afferam. Ita autem habet: Fiat cum incluſione

hujus

hujus nach Gelegenheit dermahliger Umſtänden petita extenſio Commiſſionis auf den Herrn Abten zu Fulda/ dergeſtalten/ daß im Fall es nach wider Vermuthen fehlſchlagender Güte auf die rechtliche Inſtruirung der angebrachten Gravaminum ankommen ſollte/ (wovon aber der 17. Punckt auszunehmen iſt/ immaſſen darüber/ als einen bereits geſchloſſenen Proceſs, bey entſtehenden Vergleich/ dem nächſt rechtliches Erkänntniß folgen ſolle) er über alle dieſelbe/ mit Einſendung des Protocolls, und bey iedwedern Punckten ſeparatim angehängten Gutachten ſeinen ausführlichen unterthänigſten Bericht zu Jhro Kayſerlichen Majeſtät gerechteſten Deciſion einſchicke/ iedoch in andern Fällen dem Judicio Auſtregali ohnnachtheilig und ohnſchädlich/ welches gleichwohlen/ daß es wiederum in vorigen Stand hergeſtellet/ oder im Fall die ehemahlige Geſchlechts-Erkohrne auf ihrer Entlaſſung ferner beharreten/ durch andere erkohrne Burgfriedmäßige von neuen beſetzet werde/ der Herr Abt Autoritate Cæſarea in die Wege zu richten ſich ebenmäßig mit allem Fleiß und Nachdruck angelegen ſeyn laſſen wolle; es iſt aber/ des dieſes Judicium Auſtregale betreffenden tertii gravaminis halber/ Jhro Käyſerlichen Majeſtät Meinung/ und allergnädigſte Verordnung/ daß iedwederem durch der *Auſtreg*en gerichtlichen Ausſpruch ſich beſchweret befindendem Theile, die in denen gemeinen Rechten ſo wohl, als Reichs-*Conſtitutio*en verſehene *remedia Juris* zu gebrauchen, und an Jhro Käyſerlichen Majeſtät den allerunterthänigſten *recurs* in denen darzu *qualificirt*en Fällen zu nehmen, ohne alle Einſchränckung frey und allerdings vorbehalten ſeyn ſolle, und ſeynd die

 erfor-

erforderliche Commiſſions-Koſten gebettener maſſen/ aus denen Gemeinſchafftlichen Bau-Renten zu beſtreiten; Wie nun der Herr Abt ein und anders befolget habe/ oder wie weit darinnen gekommen ſeyn wird; Darüber wollten Ihro Käyſerliche Majeſtät ſeinen gehorſamſten Bericht in termino duorum Menſium gewärtigen. Similiter plane pronunciatum fuit A. 1719. d. 17. Maji in cauſa *Rechberg contra Rechberg*, fidei commiſſum concernente, ubi itidem tentata fuit impeditio recurſus ad ſuperiorem, nimirum: Reſcribatur dem Herrn Chur-Fürſten zu Bäyern/ und Herrn Biſchoffen zu Augſpurg/ Ihro Römiſchen Käyſerlichen Majeſtät hätten die von denenſelben angezogenen Urſachen nochmahlen in reiffe Uberlegung ziehen laſſen/ können aber nicht befinden/ wie hierinn falls des Ernſt von Rechbergs fidei commiſſariſchen diſpoſition nachgegangen werden können/ in mehrer Erwegung/ daß denſelben keineswegs gebühren wollen/ zum *præjudiz* der Käyſerlichen allerhöchſten *jurisdiction* den *Recurſum* an die höchſte Reichs-Gerichte zu verbieten, ſothane diſpoſition auch vom Käyſer Rudolpho II. Glorwürdigſter Gedächtnis keineswegs confirmiret worden/ nicht weniger der Streit in gegenwärtigen Fall unmittelbahre Reichs Ritterliche Herrſchafften betrifft/ welchenfalls Ihro Käyſerliche Majeſtät Jurisdiction alleinig fundiret iſt/ als lieſſen es Ihro Kayſerl. Majeſt. nochmahls bey Dero letztern Verordnung lediglich bewenden. vid. BURGERMEISTERI *Cod. Diplom. T. 2. p. 1114.* Pariter dictum Conſil. Imper. Aulicum in cauſa Comitum Imperii Friedbergæ & Trauchbergæ, in puncto primogenituræ, ejusmodi conatum retudit atque annihilavit, teſtante

tidem deſuper facto concluſo. Speciatim autem intuitu *Familiæ Tannenſis* appellationibus ab Auſtregalibus ſententiis locum eſſe teſtantur præjudicia, e. g. Sententia confirmatoria A. 1654. nec non A. 1709. ubi Sententia Auſtregarum reformationem paſſa.

§. L.

Ex hiſce jam patet, apud ante memoratas atque alias Ganerbiorum familias, non obſtante ejusmodi renunciatione, appellationes in uſu eſſe, non enim Sententia Auſtregalis pro nudo conſilio ſed Laudo & ſolenni arbitrio habenda venit, uti §. 46. jam dictum fuit. Contingere tamen poteſt, ut Auſtregales ſententiæ firmo poſſint ſtare talo, ſi renunciatio appellationis expreſſis verbis facta, cum id principiis Juris communis etiam conforme ſit. Cæterum cautela illa DD. qua renunciationem appellationis ad abbreviandam litem ſuadent, non ſemper eſſe e re videtur, cum ſatis periculoſum ſit, totam aliquam cauſam, quæ nonnunquam maximi momenti eſſe poteſt, deciſioni unius inſtantiæ ſubmittere.

§. LI.

Quod executionem ſententiæ Auſtregalis, quæ in rem judicatam tranſiit, attinet, nolo me immiſcere diſceptationi quæ deſuper viget DDrum, horum aliis Auſtregis legalibus, aliis vero Judici ordinario tribuentibus, præſertim cum in ipſis pactis Ganerbiorum ferè nihil deſuper reperiatur diſpoſitum, niſi in illo quod KYLLINGERVS *Diſcurſ. ſuo de Ganerbiis* annexit, ubi verba ita habent. So geben Wir einen jeden regierenden Elteſten N. oder ſeinem

 Ver-

Vertretter freye Macht/ daß er auf Anrufen der Parthey/ welche ein Mandat, Befelch/Urthel und Erkänntniß erhalten/und auf Gesinnen und Ersuchen/ welche in den Sachen als Obmann und Richter gesprochen haben/alsbald execution fürnehmen solle. Equidem aliis contravenientibus inibi pœna eſt impoſita, certisque in caſibus ipſis etiam Ganerbiis conceſſum, ut contravenientes è Ganerbinatu excludere poſſint, tutiſſimum tamen mihi videtur, ſi tam in hoc caſu, quam aliis ubi executione opus eſt, imploratio fiat ſummorum Imperii Tribunalium, facto petito, ut dicta executio der Ritterhaubtmanſchaft cujusque loci demandetur, ita ut eadem pari modo fiat, ac alias propriæ ipſiusmet ſententiæ executioni, ceu ex Ordinationibus Equeſtribus & obſervantia hæc patent, mandari ſolent.

§. LII.

Tandem excutienda etiam venit quæſtio: an Auſtregæ Ganerbiis utiles ſint ac proficui? quo fine adduci poſſent cuncta quæ Jurispublici varii Scriptores de incommodis Auſtregarum in genere tradere ſolent, ita e.g. COCHIVS *in Praxi fori German. c.1. §.6.* Notum eſt, inquit, quam tædioſa ſint Auſtregarum Judicia, quantis anfractibus cogenda, quantisque ſumtibus, temporisque diſpendio vallata &c. unde etiam per luſum verborum dici ſolet, Austräge/ nomen habere ab austragen/ eo quod marſupium expurgent, weil ſie das Geld aus dem Beutel trägen. *vid.* DRESSEL. *Comment. in Schöpffer. Synopſ. Jur. privat. ad tit. de Recept. qui arbitr. n. 2.* unde contigit, ut Prælati & Comites in Comitiis

mitiis Auguſtanis A. 1548. Auſtregis ob maxima incommoda renunciare haud veriti fuerint. *vid.* FABRI Staats-Cantzeley *T. 1. p. 808. in fine & p. 809.* & quæ Cl. Dn. SCHRÖTER *incitat. diſp. c. 1. p. 28. ex* SEVERINO de MONZAMBANO *de Statu Imper. German. c. 5. §. 19. fin.* nec non ex Dn. de LUDOLF *de Jure Camer. Sect. I. §. 3. n. 12.* affert, ubi hic, poſtquam de inutilitate Auſtregarum in ſpecie conventionalium ſermonem fecerit, diſcurſum ſuum hoc finit epilogo: *ita dantur negotiis leges & fiunt conventiones, ſed difficultatibus orituris non occurritur, neque, ut ſunt humana ingenia, occurri ſatis poteſt.* Nihilominus autem dictus Dn. SCHRÖTER ſtatuit, lites coram Auſtregis non ſine luculento Partium emolumento terminari poſſe, his tamen præſuppoſitis conditionibus, ut nimirum 1) pactis religioſius juxta antiquorum Germanorum fidem ſtetur, nec cauſæ ad Auſtregas pertinentes ad Imperii judicia ab ipſis litigantibus deferantur, 2) ut quod unicum ipſi ſufficere videtur, ſumma in Imperio Judicia leges fundamentales ſtrictius obſervent, cauſas ad ſe incompetenter delatas ad Auſtregarum Judicium competens remittendo, præprimis quando 3) pacto ita conſtitutum ſit ut appellatio locum habere non debeat, aut 4) conventione cautum ſit, ut Auſtregæ ſub pœna amiſſionis negligi non poſſint. Sed ſi fatendum quod res eſt, hæ rationes atque conditiones mihi haud ſufficientes videntur, ad evincendum inſigne ab Auſtregis ſperandum emolumentum, quod enim *primam* attinet conditionem, ea optanda potius, quam ſperanda; quoad

ſecundam absque læſione debitæ venerationis ſumma Imperii Dicaſteria, citra probationem, injuſtitiæ accuſari nequeunt, præſertim cum non pauci extiterint caſus, ubi cauſæ ab iisdem ad Auſtregas remiſſæ fuerunt, vid. §. 30. & ibidem allegata concluſa Summi Judicii Aulici, quoad *tertiam* notandum id non ſemper uſu venire & uti jam §. 50. monitum fuit, ſumme periculoſum eſſe, contrariari etiam ſcopo Auſtregarum, utpote eo fine conſtitutorum, ut Ganerbii pluribus una gauderent inſtantia, quoad *quartam* denique conſiderandum, id eſſe inſufficiens, ſiquidem inſtantia Auſtregalis iisdem laborat incommodis, ſive id fiat nec ne.

§. LIII.

Equidem in antecedentibus etiam dictum fuit, Auſtregas Ganerbiorum ab initio ad id fuiſſe introductos, ut lites coram iis citius terminarentur &c. ſed id ipſum non contrariatur poſteriori aſſerto, ſiquidem de intentione ſolum & ſcopo ſermo fuit, alia enim eſt quæſtio, an bona intentione conſtitutæ fuerint Auſtregæ, alia num bona illa intentio etiam revera obtenta fuerit & adhuc obtineatur, in quo ſæpe ſpes fallit. Et ſane, ſi hodiernus rerum ſtatus, duce ratione & experientia examinetur, vix ac ne vix quidem ſentiri aliter poterit, quam Auſtregas Ganerbiis neque utiles neque neceſſarios eſſe. Neceſſitas abeſt, quoniam ipſi quolibet in Loco (in jedem Canton oder Orth) Inſtantia Equeſtri gaudent (weil ſie die Ritterſchafftliche inſtantz haben) cui præſtantiſſimi ex ipſo Ordinis Equeſtris gremio delecti

Con-

Conſiliarii præſunt, coram quibus cauſas ſuas litigioſas pro lubitu ventilare, earundemque deciſionem expectare poſſunt, idque citra alicujus momenti expenſas, ſiquidem Senatus hujus Equeſtris membra, ſportulas, quas vocant, haud percipiunt. Quid! quod, ſi bona non deſtituantur fiducia erga hos Judices, ipſimetque litigantes haud ſiniſtram foveant intentionem, unice nimirum indagandi, penes quam Partem ſtet Juſtitia, nihil obſtat, quo minus ex compromiſſo Appellationi renunciare poſſint, & ſic eodem imo majori compendio, quam per Auſtregas litem finire. Nec *utilis* eſſe poteſt Ganerbiis, cum nimias requirat expenſas multisque incommodis ac moleſtiis ſubjecta ſit quarum expers eſt inſtantia cujusque Loci Ordinis Equeſtris ordinaria (die ordentliche Orths Inſtanz) Qantæ enim quæſo non enaſcuntur ſæpe difficultates ſuper ipſa Auſtregarum electione, adeo ut non raro eædem in longinquos erumpant proceſſus, id quod ſat recentibus exemplis probari & illuſtrari poſſet, ni eadem eſſent odioſa? Quantis non incommodis laborat Auſtregarum confirmatio, quantosque eadem non requirit ſumtus? qui tamen longe majores, quoties Ganerbii proceſſui implicantur, &, ut ſæpe fit, neceſſitas exigit, ut plus vice ſimplici Auſtregales Judices conveniant. Nec video quî lites eorundem ope abbrevientur, crederem potius easdem magis potius prolongari quam apud Inſtantiam Ordinariam. Quantum non temporis ante præterlabitur, quam Auſtregales coëant Perſonæ, qui dum variis diſtinentur negotiis, iisdem ſæpe ſæpius non poſ-

Digitized by Google

poſſunt non impediri, quo minus uno eodemque tempore convenire poſſint? Proceſſu in ſcriptis autem adornato, illa ipſa non ſine inſigni moleſtia & ſumtu Judicibus Auſtregalibus, quorum domicilia ſæpe pluribus milliaribus ſejuncta ſunt, transmitti queunt, alias difficultates ut taceam. Hæc adeo conſideranti non poteſt non mihi eſſe perſuaſiſſimum, Ganerbios optime hac Auſtregali inſtantia hodie carere poſſe, magisque conſultum ipſis eſſe, ſi inſtantia Equeſtri ordinaria utantur. Hæc adeo ſunt quæ pro temporis & chartarum ſpecimini huic qualicunque inaugurali deſtinatorum anguſtia, de hocce rerum argumento Tecum B. L. communicare licuit, quod ſi hinc inde nonnullos deprehendere tibi videaris, ſeu ingenii, ſeu calami lapſus, haud ſane indignabor ſi exactiori filo & ſtylo, quicquid eſt hujus rei deducere, errores meos corrigere, defectusque ſupplere Tibi allubeſcat.